
4° V
358










Solus spes anaciaa est honesta

Alchabitius cum commento. Nouiter Impresso.





Libellus isagogicus abdilazi. idest serui gloriosi dei. Qui dicitur alchabitius ad magisterium iudiciorū astrorum interpretatus a Joanne hispalensi scriptumqʒ in eūdem a Joanne saxonie editum vtili serie connexum incipiunt.



Postulata a domino prolixitate vite cerphadala. i. gladij regni ꝛ durabilitate sui honoris custodia quoqʒ operiū eius siue bonorum atqʒ extensione sui imperij: exordiamur id quod volumus narrare. Cum vidissem conuentum quorundam antiquorum ex auctoribus magisterij iudiciorum astrorum edidisse libros quos vocauerūt introductorios huius magisterij id est iudiciorum astrorū. sed quosdā ex eis non fuisse scrutatos diligenter vniuersa que necessaria sunt in codē magisterio de his que conueniūt introductorio. quosdam vero ea que necessaria sunt protulisse prolixe: ꝛ quia quod necessarium est in eo perijsse cernerem. Quosdam quoqʒ in ordinatione eorum que protulerunt non incessisse itinere discipline conspexissem cepi edere hunc librum: ꝛ posui eum introductorium atqʒ collegi in eo ex dictis antiquorū quicquid necessarium est huic magisterio ſm modum introductorium: ꝛ nō introduxi ratiocinationes disputationi siue defensioni eorum que protulimus necessarias cū sint in libro Ptolomei qui appellatur alarbamacalet id est quattuor tractatuum: ꝛ in libro meo quem edidi in confirmatione magisterij iudiciorū astrorum: ꝛ in destructione epistole haissebenhali in annullatione eius ex ratiocinatione que ad hoc possint sufficere: ꝛ diuisi eum in quinqʒ differentias. Prima differentia est in esse circuli signorum essentiali ꝛ accidentali. Secunda differentia in naturis planetarum septem: ꝛ quid illis proprium: ꝛ quid significent. Tertia differentia in his que accidunt planetis septem in semetipsis: ꝛ quid accidat eis adinuicem. Quarta differentia in expositione nominum astrologorum. Quinta differentia in vniuersitate partium ꝛ expositione esse earum in gradibus.

Differentia prima.

De diuisione circuli signorum.



Itach idest circulus signorum: diuidit in .12. partes equales secundum diuisionem circuli signorum: et hec .12 partes dicuntur signa et referunt ad imagines que sunt sub eodem zodiaco circulo: que sunt Aries: Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Uirgo: Libra: Scorpius: Sagittarius: Capricornus: Aquarius: Pisces. Et vnumquodque istorum signorum diuidit in .xxx. partes equales. que gradus vocant. Et gradus diuidit in .lx. minuta: et minutum in .lx. secunda: et secundum in .lx. tertia. Similiter que sequunt quarta .s. et quinta ascendendo vsque ad infinita. ❡ Et sex ex his signis sunt septentrionalia .i. ab initio arietis vsque in finem virginis que sunt septentrionalia a linea equinoctiali: et sex meridiana .i. ab initio libre vsque in finem piscium. Et sex ex illis dicunt directe ascendentia .i. ab initio cancri vsque in finem sagittarij. Et sex tortuose ascendentia dicuntur .i. ab initio capricorni vsque in finem geminorum. Et tortuose ascendentia obediunt directe ascendentibus: hoc est: duo signa que fuerint vnius longitudinis a capite cancri obediunt sibi vt gemini cancro. Taurus: Leoni: Aries virgini. Et pisces libre aquarius scorpioni. Et capricornus sagittario. ❡ Et duo signa que fuerint vnius longitudinis a capite arietis dicunt concordantia in itinere vt aries et pisces. Taurus et aquarius. Gemini et capricornus. Cancer et sagittarius. Leo et scorpio. Uirgo et libra. ❡ Et vocat medietas circuli que est ab initio leonis vsque in finem capricorni medietas maxima: et est medietas solis: quia sol in omni hac medietate habet principium sicuti habent planete in suis terminis: Et alia medietas que est ab initio aquarij vsque in finem cancri vocat minima: et est medietas lune: quia luna similiter habet in omni hac medietate principium sicut sol in maxima et vocat illa medietas que est ab initio arietis vsque in finem virginis medietas calida: et alia que est ab initio libre vsque in finem piscium vocat medietas frigida. Et vocat illa quarta pars circuli que est ab initio Arietis vsque in finem geminorum quarta calida humida vernalis puerilis sanguinea. Et illa que est ab initio cancri vsque in finem virginis dicitur quarta calida sicca estiualis iuuenilis colerica. Et illa que est ab initio libre vsque in finem sagittarij dicitur quarta frigida sicca autumnalis melancholica: et significat initium diminutionis mediocris etatis. Et illa que est ab initio capricorni vsque in finem piscium dicitur quarta frigida humida defectiua senilis hyemalis flatica. Omnibus sunt planetis que ferunt in his signis non quod sint in eis. sed quia ferunt sub eis hoc est in directo eorum. Altior et propior circulo signorum et cursu tardior est Saturnus: deinde Iupiter. deinde Mars. deinde Sol. deinde Uenus. deinde Mercurius. deinde Luna que est terre propior et cursu omnibus velocior. Significantur autem etiam per caput draconis et caudam cum planetis quedam significationes sicut exponemus in sequentibus.

❡ De domibus planetarum.

Habent quoque planete in his signis potestates: quasdam per naturam: quasdam per accidens. ❡ Que sunt per naturam sunt hec omnibus. Exalta

tio. Terminus. Triplicitas. Facies. De illis autem que per accidens sunt loco cō uenienti tractabimus. ¶ Domus sunt hec Aries et Scorpius. domus Martis taurus et libra. domus Ueneris, Gemini et Uirgo. domus Mercurij cancer. domus Lune Leo. domus Solis. Sagittarius et Pisces. domus Iouis. Capricornus Aquarius. domus Saturni. Septimum autem signum a domo vniuscuiusqȝ planete dicitur eiusdem fore detrimentum: Et si duo signa fuerint domus vnius planete: dicuntur concordantia in almantica: hoc est in circulo qui latus est in medio et in ligatura strictus: et habet significare circulum zodiacū. ¶ Signa autem in que planete dum intrant dicuntur gratulari in eis et domini eorum ꝫm Dorothium sunt hec. Saturnus dum intrat aquarium gaudere dicitur Iupiter in Sagittario. Mars in scorpione. Uenus in Tauro: et Mercurius in Uirgine.

¶ De exaltationibus planetarum.

HE sunt exaltationes planetarum Sol exaltatur in ariete: hoc est in. xix. gradu eius Luna in. iij. gradu Tauri Saturnus in. xxj. libre. Iupiter in. xv. gradu cancri. Mars in. xxviij. gradu Capricorni. Uenus in. xxvij. gradu Piscium. Mercurius in. xv. Uirginis. Caput draconis in. iij. gradu geminorum. Et cauda in. iij. gradu Sagittarij. In septimo autem signo ab exaltatiōe vniuscuiusqȝ planete: in simili gradu erit eius descensio: verbi gratia: sicut sol exaltatur in. xix. gradu arietis. ita in. xix. gradu libre cadit: et sic de ceteris. Ptolomeus autem ponit arietem totum exaltationem solis. Et taurum totum exaltationem Lune et cetera similiter.

¶ De triplicitatibus.

TRiplicitates vero sic distinguimus. Omnia enim tria signa que in vna natura videntur concordari faciunt triplicitatem et eodem nomine vocantur: hoc est triplicitas. Aries ergo Leo et Sagittarius faciunt triplicitatem primam: quia vnumquodqȝ istorum signorum est igneum masculinum. diurnum calidum. scilicet et siccum colericum. sapore amarum est quoque et hec triplicitas orientalis. Cuius domini sunt in die sol et in nocte Jupiter et eorum particeps in die ac nocte est saturnus. ¶ Triplicitas secundam est ex Tauro virgine et capricorno: quia hec sunt signa feminina nocturna terra frigida. scilicet et sicca melancolica sapore acria meridiana. ¶ Huius quoque triplicitatis domini sunt in die Uenus et nocte luna quarum particeps in die ac nocte est Mars. ¶ Tertia triplicitas est ex geminis libra et aquario: quia hec signa sunt masculina diurna sanguinea. scilicet calida humida aerea sapore dulcia occidentalia. Cuius triplicitatis domini sunt in die Saturnus et in nocte Mercurius: eorum quoqȝ particeps in die ac nocte est Jupiter. ¶ Quartam vero triplicitatem faciunt Cancer Scorpius et pisces: quia hec sunt femininam nocturna septentrionalia aquatica flatica frigida humida sapore salsa. Cuius triplicitatis domini sunt in die Uenus: et in nocte Mars: quorum particeps in die ac nocte est Luna.

¶ Tabula domoꝝ exaltationū Gaudioꝝ casuū ⁊ Triplicitatum planetarum.

♈	♂	die	☉	19.di.		♄	21	☉ d.	♃	n. ♄	a
♉	♀	no.	☽	3	♀			♀	☽	♂	b
♊	☿	di.	☊	3		☊	3	♄	☿	♃	c
♋	☽	d.n.	♃	15		♂	28	♀	♂	☽	d
♌	☉	d.n						☉	♃	♄	a
♍	☿	n.	☿	15	☿	♀	27	♀	☽	♂	b
♎	♀	d.	♄	12		☉	19	♄	☿	♃	c
♏	♂	n.			♂	☽	3	♀	♂	☽	d
♐	♃	d.	☊	3	♃	☊	3	☉	♃	♄	a
♑	♄	n.	♂	28		♃	15	♀	☽	♂	b
♒	♄	d.			♄			♄	☿	♃	c
♓	♃	n.	♀	27		☿	15	♀	♂	☽	d


¶ De signis mobilibus fixis ⁊ communibus.

QUattuor quoq; ex his signis dicuntur esse nobilia.s. Aries Cācer Libra ⁊ Capricornus. Et quattuor fixa.s. Taurus Leo Scorpius ⁊ aquarius. Reliqua vō quattuor fixa.s. Gemini Uirgo Sagittarius ⁊ pisces sunt cōmunia. Dicunť aūt mobilia fixa vel cōmunia: quia qñ Sol ingreditur aliqđ istoꝝ monetur.i. mutatur tempus vel figitur.i. in eodeʒ statu perseuerat: aut fit commune.i. medietas illius vnius temporis erit vt medietas alterius: verbi gratia: quando sol ingreditur signum Arietis tempus mutatur. idest vertitur hyems in ver. Et quando intrat Taurum figitur idem tempus vernale quando vero sol ingreditur geminos fit tempus commune.i. dimidiuʒ veris ⁊ dimidiū estatis ⁊ sic de ceteris.

¶ De aspectibus planetaꝝ.

DIcuntur etiam signa se aspicere: hoc est omne signuʒ aspicit tertium ante se ⁊ tertium post se quod est vndecimum ⁊ hic aspectus dicit̃ sextilis ⁊ est aspectus dilectionis ⁊ medie amicitie: ⁊ dicitur etiam sextilis eo ꝙ teneat sextam partem circuli.i. 60. gradus: verbi gratia: planeta qui fuerit in initio Arietis aspicit eum qui fuerit in gemini ante se: ⁊ euʒ qui fuerit in aquario post se qui est aspectus amicitie. Et aspicit quartum ante se ⁊ quartum post se.i. decimum ⁊ hic aspectus vocat̃ tetragonus eo ꝙ tenet quartam partem celi.i. 90. gradus: ⁊ est aspectus discordie atq; medie inimicitie ⁊ aspicit quoq; quintum signum ante se ⁊ quintum post se quod est nonū: ⁊ hic aspectus dicitur trigonus vel trigona radiatio eo ꝙ tertiam partem celi.i. 120. gradus teneat: ⁊ est aspectus ꝯcordie ⁊ dilectionis perfecte. Aspicit autem septimum per oppositionem: ⁊ est aspectus inimicitie ꝑfecte. Et si in his signis: ita se aspicientibus fuerint planete dicuntur se aspicere hic est aspectus: ⁊ si duo planete fuerint in vno signo dicuntur coniuncti. Cum vero fuerit planeta in aliquo signo erunt radij illius in signis illis que aspiciunt ipsum signum in simili gradu atq; minuto: verbi gratia: si fuerit mars in primo gradu arietis ⁊ in primo minuto eiusdeʒ gradus erunt radij eius in primo gradu signi libre ⁊ in primo minuto eiusdem gradus: ⁊ sic intellige de ceteris aspectibus vt in hac figura pʒ euidentissime.

Figura aspectum.



De terminis planetarum.

Sunt quoq3 planetaꝝ in signis termini vel fines: qꝛ in vnoquoq3 signo hꝫ. 5. planete terminos p diuersos gra. dispositos: nā ab initio arietis vsq3 ad sextū gradū eiusdē arietis ē termin⁹ Jouis: ꝛ a sexto vsq3 ad. 12. termin⁹ veneris: ꝛ. 12. vsq3 ad. 20 termin⁹ Mercurij. ꝛ a. 20 in. 25 termin⁹ martis Saturni: ꝛ pp diuersitatē eoꝝ gradū: ꝛ grauitatē eoꝛu3 memorie descripsim⁹ eos i tabula vt leui⁹ eēt op⁹. Termini egyptioꝝ ꝛ dn̄r eē hermetis.

♈	♃	6	♀	6	☿	8	♂	5	♄	5
♉	♀	8	☿	6	♃	8	♄	5	♂	3
♊	☿	6	♃	6	♀	5	♂	7	♄	6
♋	♂	7	♀	6	☿	6	♃	7	♄	4
♌	♃	6	♀	5	♄	7	☿	6	♂	6
♍	☿	7	♀	10	♃	4	♂	7	♄	2
♎	♄	6	☿	8	♃	7	♀	7	♂	2
♏	♂	7	♀	4	☿	8	♃	5	♄	6
♐	♃	12	♀	4	☿	8	♄	5	♂	6
♑	☿	7	♃	7	♀	8	♄	4	♂	4
♒	☿	7	♀	6	♃	7	♂	5	♄	5
♓	♀	12	♃	4	☿	3	♂	9	♄	2

¶ Ubi preponuntur triplicitates terminis.

Quidam autē preponunt triplicitates terminis eo ꝙ dñi triplicitatū sūt fortiores i nutritiōe: ꝛ qꝛ signt nutritionē: ꝛ qꝛ nulla discordia est in triplicitate: sicut est i terminis cū ꝑponunt: ꝛ qdam preponūt terminos triplicitatib⁹: eo ꝙ dñi terminorū sunt fortiores in directione.

¶ De faciebus signorum ꝛ cui planetarum attribuuntur.

Facies autē signoꝝ sunt he. vnūquoqꝫ signū diuidit in tres partes eqles: qlibet pars cōstat ex.10 gradibus ꝛ vocat facies quarū initiū est a primo gradu arietis. Prima ergo facies est a primo gradu arietis vsqꝫ in.10.et datur Marti. Scda vsqꝫ ad.20.gradū.ꝛ datur Soli q succedit ei in ordine circulorū. Tertia vsqꝫ ad finē pdicti signi. ꝛ est Veneris. silr prima facies Tauri est Mercurij q Veneri succedit: ꝛ ita vsqꝫ in finē signoꝝ. ¶ Cū igit habueris gradū in aliquo signo ꝛ volueris scire ex cuius plāetarū facie sit: sume ab initio arietis signa integra vsqꝫ ad signuꝫ de quo volueris scire ꝛ triplica ea ꝛ qđ super fuerit adde super hoc qđ pterijt ex faciebus illius signi de quo faciē scire volueris cum eadē facie cuius dominum scire volueris ꝛ proijce a planeta qui est dominus faciei signi arietis qui est Mars secundum successionem circulorū. 7.ꝛ.7 et quod remanserit infra septem numera a Marte per successionem planetarū: et quo finitus fuerit numerus erit prima facies illius signi vnde fuerit gradus vsqꝫ in.10.eiusdē signi illius plāete apud quē numerus erit finitus. et a.10. vsqꝫ in.20.alterius plāete q illū succedit: et a.20. vsqꝫ in finē alterius signi qui ei succedit: et in cuius decimo fuerit gradus ex signo erit facies illius planete. vocātur etiam domini facierum istarum a quibusdam decani cuius sequitur tabula.

In	♈	♂	10	☉	10	♀	10
In	♉	☿	10	☽	10	♄	10
In	♊	♃	10	♂	10	☉	10
In	♋	♀	10	☿	10	☽	10
In	♌	♄	10	♃	10	♂	10
In	♍	☉	10	♀	10	☿	10
I	♎	☽	10	♄	10	♃	10
In	♏	♂	10	☉	10	♀	10
In	♐	☿	10	☽	10	♄	10
In	♑	♃	10	♂	10	☉	10
In	♒	♀	10	☿	10	☽	10
In	♓	♄	10	♃	10	♂	10

¶ De virtutibus planetarum.

Et quia iaꝫ annuēte deo tractauimus de potestatibus planetarū in signis q̄ sunt dom⁹ exaltatio triplicitas terminus et facies. Nunc igitur tractemus de virtutibus seu fortitudinibus eorūꝫ in

ipsis. nam dñs domus habet. 5. fortitudines: et dominus exal. 4. et dñs tripli. 3. dominus termini duas: et dominus faciei vnam. Intellige ergo ex hoc nūmero fortitudines planetarum: qui enim magis abundat in numero magis abundat in fortitudine. et quidam preponunt terminum triplicitati idest volunt vt dominus termini sit fortior domino triplicitatis: sed iam exposuimus superius in quo valet vnusquisqz. Quidam etiam de hac re tale dederunt comparationem dicentes quod planeta cuz fuerit in domo sua est similis viro in domo atqz in dominatione sua: et cum fuerit in exaltatione sua est similis viro in regno suo et gloria: et cum fuerit in termino suo est sicut vir inter parentes et cognatos suos atqz gentes: et cum fuerit in triplicitate sua erit sicut vir in honore suo. et inter auxiliatores atqz ministros suos et cum fuerit in facie sua erit sicut vir in magisterio suo. He sunt vniuerse potestates planetarum essentiales in signis et sequuntur has figure signorum.

¶ De essentijs signorum et quid significent in semetipsis.

Quia in signis sunt quedam signa que dicuntur rationalia scilicet. Virgo Gemini Libra et Aquarius et prima medietas. Sagittarij quia eorum imagines in circulo ad imagines hominum figurantur hec quoqz dicuntur signa pulchras voces habentia hec quoqz vigent cum fuerint in oriente. Et quedam dicuntur alas habentia scilicet. Gemini Virgo et Pisces. Et quedam quadrupedia: vt Leo et Sagittarius. Quedam eorū sunt domestica: vt Aries Taurus. Capricornus: et hec vigent cum fuerint in meridie. Virgo autem et Capricornus et Aquarius vigent cum fuerint. in Septentriones. Et ex signis quedam sunt tortuosa et v tiosa. scilicet Aries Taurus Cancer scorpio et Capricornus: Et quedaz ex eis dñr plures proles habentia. s. Cancer Scorpio et Pisces. Et hec vigent cum fuerint in occidente. Et quedam ex eis sunt sterilia: vt Gemini. Leo et Virgo. Et quedam sunt paucos filios habentia: vt Aries Taurus Libra Sagittarius Capricornus et Aquarius. Et quedam dicuntur multum luxuriosa. scilicet Aries Taurus Leo et Capricornus. Et ex signis quedam dicuntur mediam vocem habentia que formantur ad imagines animalium balantium: et mugientium et rugientium: vt Aries Taurus Leo et Capricornus. et vltima pars sagittarij. Et quedam sunt voce carentia. scilicet illa q̄ formant̄ ad imagines aīaliū voce carentiū. s. Cancer. Scorpius et Pisces.

¶ De significationibus signorum.

Et vnumquodqz signum habet propriam significationem in his q̄ significant ex creatione membrorum et moribus omnium et regionum et seminum et arborum et cetera. Aries habet ex corpore hominis caput et faciez et ex regionibus bebil: et ferim. idest babiloniam et persidam et arabiam et falastim et palestinam. Taurus habet arbores que plantantur: et ex corpore hominis habet collum et gutturis nodum. et ex regionibus ezetimet et almechim et sandem et araterad. Gemini est signū largū boni animi et habet ex corpore hominis humoros et brachia et manus: et ex regiōibus vrgeti et armeniā nuthrabigē etelenimstet. i. egypertum et bartha. Cācer habet ex arboribus eas q̄ fuerint eq̄les longitudine. et ex corpore hominis pectus cor stomachum costas splenē et pulmonē et ex regionibus armeniā minorem et orientalem plagam buthabē et masiem et acin: et habet participationē in barach et attrabicen. Leo habet arbores proceras idest lōgas calidus et

versutus: ⁊ multe angustie atqꝫ tristicie: ⁊ ex corpore hominis stomachum cor dorsum latus ⁊ ex regionibus arturi vsqꝫ in finem regionis habitabilis. Uirgo habet quicquid seminatur ex seminibus ⁊ est larga boni animi: ⁊ habet ex corpore hominis venirem ⁊ interioram. s. telam. i. dyafragma ⁊ intestina: ⁊ ex regionibus argumenta ⁊ assem idest quedam regio circa hierusalem ⁊ alforas idest eufraten ⁊ insulam que hispania ⁊ festix vel afeum. Libra habet arbores proceras ⁊ est larga boni animi: ⁊ habet ex corpore hominis lumbos ⁊ inferiora ventris vmbilicum ⁊ pectinem ⁊ verenda anchas ⁊ ilia ⁊ nates: ⁊ ex regionibus terram romanorum vel grecorum ⁊ que succedunt eis affines vsqꝫ ad Africam: habet etiam araffe vel azim vsqꝫ in finem ethiopie ⁊ barthan: habet ⁊ carmen et fegestem et thebis vel thebil et tabrasten barah et ambarath. Scorpius habet arbores longitudine equales largus boni animi et habet ex hominis corpore verenda testiculos vesicam anum et femora et ex regionibus helehiget et rura Arabū et fines eius vsqꝫ in allegem: et habet in alchach participationem. Sagittarius ingeniosus et calidus habet ex corpore hominis femora: et ex regionibus ethiopiam et maharahen et achiut vel acenit vel achichit que est india. Capricornus bone vite iracundus cautus et calidus: multe tristitie habens ex corpore se hominis genua et ex regionibus ethiopiam annaban alcon et acuith et mahamen vsqꝫ ad duo maria etahant et achuit que est india. Aquarius habet ex corpore hominis crura vsqꝫ ad inferiora cauillarum idest tallorum et ex regionibus azenes idest nigredinem et altupha et partes eius et terram elfies et partem terre egypti. et occidentalem plagam et terre achiut. Pisces calidus et cautus commixtus multi coloris habens ex corpore hominis pedes: et regionibus carabrarem et septentrionalem plagam terre iurgem et participationem in romanis vsqꝫ ad effen habet insulam et egyptum et alexandriam et mare licium.

¶ De significatione planetarnm in signis secundum membra hominis.

Et si quidem planete significauerint dolorem habent in vno quoqꝫ signo membrū sibi proprium. Tractemus ergo de doloribus planetarum in signis: ⁊ primū incipiamus ab Ariete Saturnus in ariete habet pectus. Jupiter ventrem. Mars caput. Sol femora Uenus pedes Mercurius crura. Luna genua In tauro. Saturnus ventrē. Jupiter dorsum. Mars collū. Sol genua. Uenus caput. Mercurius pedes. Luna crura. In geminis: Saturnus ventrē. Jupiter verenda ⁊ que succedūt. Mars pectus ⁊ que succedūt. Sol crura ⁊ chauillas idest talos. Uenus collum. Mercurius caput. Luna femora in cancro. Saturnus virilia et omnia eis succedentia. Jupiter femora. Mars pectus. Sol pedes. Uenus brachia et humeros. Mercurius oculos et guttur. Luna caput In leone. Saturnus verenda et eis succedentia. Jupiter femora et genua. Mars ventrem. Sol caput. Uenus cor. Mercurius humeros et guttur. Luna collum. In virgine. Saturnus pedes. Jupiter genua ⁊ eorum succedentia. Mars venetrem. Sol collum. Uenus ventrē. Mercurius cor. Luna humeros. in libra Saturnus genua et eorum succedentia. Jupiter oculos et eorum succedentia. idest partes capitis. Mars verenda et eorum succedentia. Sol humeros Uenus caput. Mercurius ventrem. Luna cor. In scorpione. Saturnus cauillas. idest talos et earum succedentia. Jupiter pedes. Mars caput brachia et femora. Sol cor. Uenus verenda et eorum succedentia. Mercurius

dorsum. Luna ventrem. ¶ In sagittario. Saturnus pedes. Jupiter crura ⁊ cadut. Mars pedes ⁊ manus. Sol ventrem. Venus femora ⁊ brachia. Mercurius verenda ⁊ cor. Luna dorsum. ¶ In capricorno. Saturnus ⁊ caput ⁊ pedes. Jupiter genua ⁊ oculos. Mars crura ⁊ humeros. Sol dorsum. Venus femora ⁊ cor. Mercurius verenda ⁊ eorum succedentia. Luna femora. ¶ In aquario. Saturnus caput ⁊ collum. Jupiter humeros pectus ⁊ pedes. Mars cavillas ⁊ cor. Sol verenda ⁊ eorum succedentia. Venus genua ⁊ eorum succedentia. Mercurius femora ⁊ cor. Luna verenda. ¶ In pisce saturnus humeros ⁊ brachia collum. Jupiter cor ⁊ caput. Mars cavillas ⁊ ventrem. Sol femora ⁊ eorum succedentia. Venus collum ⁊ dorsuꝫ. Mercurius crura ⁊ verenda. Luna femoralia.

¶ De gradibus signorum masculinis ⁊ femininis.

SUnt quoqꝫ in vnoquoqꝫ signo gradus qui proprie dicuntur masculini atqꝫ feminini. Nam ab initio Arietis vsqꝫ in. 8. gradum dicuntur esse masculini: ⁊ ab. 8. in. 9. feminini: ⁊ a. 9. in. 15. masculini. ⁊ a 15. vsqꝫ in. 22. feminini: ⁊ a. 22. vsqꝫ in finem. arietis masculini quos decrevimus describere sicut descripsimus terminos: ⁊ hic modo depingimus tabulam vt leuius redatur opus deo auxiliante.

♈	mas.	8	femi.	1	mas.	6	femi.	7	mas.	8				
♉	femi.	5	mas.	6	femi.	6	mas.	4	femi.	3	mas.	6		
♊	femi.	5	mas.	11	femi.	6	mas.	4	femi.	4				
♋	mas.	2	femi.	6	mas.	2	femi.	2	mas.	11	femi.	4	mas.	3
♌	mas.	5	femi.	3	mas.	7	femi.	8	mas.	7				
♍	femi.	8	mas.	4	femi.	8	mas.	10						
♎	mas.	5	femi.	10	mas.	5	femi.	7	mas.	3				
♏	mas.	4	femi.	10	mas.	3	femi.	8	mas.	5				
♐	mas.	2	femi.	3	mas.	7	femi.	12	mas.	6				
♑	mas.	11	femi	8	mas.	11								
♒	mas.	5	femi.	10	mas.	6	femi.	4	mas.	2	femi.	3		
♓	mas.	10	femi.	10	mas.	3	femi.	5	mas.	2				

¶ De gradibus lucidis: tenebrosis ⁊ fumosis ⁊ vacuis.

ET in vnoquoqꝫ istorū signorum sunt gradus qui dicuntur lucidi: ⁊ gradus qui dicuntur tenebrosi: ⁊ gradus qui dicuntur fumosi: ⁊ gradus qui vocantur vacui. Dicunt eniꝫ quidam quod ab initio arietis vsqꝫ in tertium graduꝫ sunt tenebrosi: ⁊. a. iii in. 8. lucidi: ⁊ ab. 8. in. 16. tenebrosi: ⁊. a. 16. in. 20. lucidi: ⁊. a. 20. vsqꝫ ad. 24. vacui. ⁊. a. 24. vsqꝫ in. 29. lucidi: ⁊ a. 29. in finem arietis vacui. de quibus faciemus tabulam si deus voluerit.

♈	te.	3	lu.	5	te.	8	lu.	4	va	4	lu.	5	va	1
♉	te.	3	lu.	4	va	5	lu.	3	va	5	lu.	8	te.	2
♊	lu.	4	te.	3	lu.	5	va	4	lu.	6	te.	5	va	3
♋	lu.	12	te.	2	va	4	fu.	2	lu.	8	va	2		
♌	te.	10	fu.	10	va	5	lu.	5						
♍	te.	5	lu.	3	va	2	lu.	6	fu.	6	va	5	te.	3
♎	lu	5	te.	5	lu.	8	te.	3	lu.	6	va	3		
♏	te.	3	lu.	5	va	6	lu.	6	fu.	2	va	5	te.	3
♐	lu.	9	te.	3	fu.	7	lu.	4	lu.	7				
♑	te.	7	lu.	3	lu.	5	lu.	4	te.	3	va	3	te.	5
♒	fu.	4	lu.	5	te.	4	lu.	8	va	4	lu.	5		
♓	te.	6	lu.	6	te.	6	lu.	4	va	3	lu.	3	te.	2

¶ De gradibus putealibus.

ET in signis sũt q̃dã gredus q vocant putei: cũ fuerit planeta in aliquo eoꝝ dr esse in puteo: vt est sex gradus arietis ꝛ cetera: vt in hac tabula sequenti ostendetur.

♈	6	11	16	23	29			♎	1	7	20	30		
♉	5	12		24	25			♏	9	10	22	23	27	
♊	2	12	17	26	30			♐	7	12	15	24	27	30
♋	12	17	23	26	30			♑	2	7	17	22	24	28
♌	6	13	15	22	23	28		♒	1	12	17	22	24	29
♍	8	13	19	21	25			♓	4	9	24	27	28	

¶ De gradibus azemena idest debilitas corporis.

ET sunt in signis q̃dã gradus q dñr gradus azemena. i. gradus d̃bilitatis corpis. Est eni azemena q̃dã debilitatio corpis tẽporalis: vt surditas: cecitas: mẽbri amissio: ꝛ cetera talia q̃ q̃diu vixerit hõ sup hẽbit: nisi miraculose sanet. Cum ergo fuerit luna in his gradibus in natiuitate alicuius pueri: accidet ei p̄dicta azemena ẜm significationem loci ꝛ aspectus seu loca planetarum, Significatur quoq̧ azemena p astra diuersis modis: sicut in libris natiuitatũ inuenies gradus aũt azemene sunt hi q describunt h̃ in tabula.

In	♉	6	7	8	9	10			In	♏	19	29			
									In	♐	1	7	8	18	19
In	♋	9	10	11	12	13	14	15	In	♑	26	27	28	29	
In	♌	18	27	28					In	♒	18	19			

¶ De gradibus augmentantibus fortunam.

ET in hoc circulo sũt q̃dã gradus q dñr agẽtes fortunã: q in ista tabula d̃scripti sũt.


♈	19					♎	3	5	21	
♉	3	15	27			♏	7	18	20	
♊	11					♐	13	20		
♋	1	2	3	4		♑	12	13	14	20
♌	2	5	7	19		♒	7	16	17	20
♍	3	14	20			♓	13	20		

¶ De gradibus competentibus.

ET duo gradus q̄ fuerint vni⁹ lōgitudis a capite signoꝝ mobiliū dñr cōpotētes.i.vni⁹ fortitudis ⁊ ꝯlortes seu ꝑncipes in v̄tute: vt.20.gra.capricor. vł cācri cū.10.gra.sagit.vel gemino. ⁊ 20. gra. arie. vł libre cū.10.gradu pisciū vł v̄gis.

¶ De eē circuli accñtali.

SEd quia auxiliāte deo iā ꝓtulim⁹ eē circuli signoꝝ eēntiale: nūc ꝓferam⁹ accñtale. Nā circulus figurat̄ i oī hora tali figura: q̄ diuidit̄ i q̄tuor ꝑtē: q̄s diuidit circul⁹ hemisperij: ⁊ circul⁹ meridie.i. circulus medij celi: q̄ fac̄ mediū diē: ⁊ vnaq̄q ꝑs istaꝝ ꝑtiū diuidit̄ i tres ꝑtes ieq̄les



ſm ascēsiōes signi ascēdētis atq̄ hoc mō diuidit̄ circulus i.12.ꝑtes q̄ vocant̄ domus noīant̄ quoq̄ ⁊ cuspides ⁊ turres: cui⁹ opus expositū ē in libro. Ezibi.i.i libro cursus sideꝝ. Principiū quoq̄ diuisiōis est horoscopus: hoc ē ascēdēs cuius initiū ē sup circulū hemisperij oriētalis deinde scđa dom⁹ seq̄t̄ ⁊ tertia: ceteręq̄ dom⁹ vsq̄ ad.12. Quarta āt ꝑs q̄ ē ab ascēdēte vsq̄ ad mediū celi: q̄ ē dom⁹.12.11. ⁊.10. dr̄ q̄rta pars oriētalis masculina: ⁊ adueniens significat initiū vite: ⁊ vocatur puerilis sanguinea vernalis. Et pars alia que est a medio celi vsq̄ ad gra-

dum occidentalis signi idest septime qui est super circulum hemisperij occidentalis que est domus nona octaua: ⁊ septima: ⁊ est meridiana feminina recedens significat mediam etatem: ⁊ vocatur profecto iuuentutis estiualis colerica. ¶ Tertia quoqꝫ pars que est ab occidente vsqꝫ ad graduꝫ quarte domus que est super circulum meridiei sub terra que est domus sexta. 5. ⁊. 4. est occidentalis masculina aduenrens significat finem vite: ⁊ vocatur autumnalis melancolica ⁊ est senilis ⁊ est mediocris etatis. ¶ Quarta pars que est a quarta domo vsqꝫ ad ascendens que domus est tertia secunda atqꝫ ascendens est septentrionalis feminina recedens significat quod accidit homini post mortem eius ⁊ ad quid deueniet corpus eius vel eius dispositio de dimissa substantia: aut quid dicetur de eo scilicet virum laudetur vel vituperetur: ⁊ vocatur hec pars senilis flegmatica defectiua hyemalis. Et ille due partes que sunt a medio celi vsqꝫ ad ascendens. ⁊ ab ascendente vsqꝫ ad quartam domum: ista medietas vocatur medietas ascendens: ⁊ relique partes que sunt a quarta domo vsqꝫ ad septimam: ⁊ inde ad medium celi vocatur medietas descendens. Et quicquid fuerit super terram ex circulo idest illa pars circuli superior dicitur dextra. ⁊ que sub terra idest illa pars inferior dicitur sinistra. Et ascēdens ⁊ quarta ⁊ septima ⁊ decima dicūtur alamed idest quas nos angulos vocamus ⁊ pulchrius sonet. Et secunda domus octaua ⁊ quinta ⁊ vndecima succedentes angulis vocantur. Tertia autem ⁊. vj. viiij. ac. xij. cadentes ab angulis dicuntur. Cum ergo planeta in angulis vel eius succedentibus fuerit dicitur proficere: ⁊ si fuerit in cadentibus ab angulis dicitur deficere: ⁊ vnaqueqꝫ istarum domorum significat aliquid de esse hominum.

¶ De domibus ⁊ significationibus earum.

PRima domus cuius initium orit in circulo hemisperij orientalis vocatur athale. i. ascendens hec sigt corpora ⁊ vitā ⁊ initia operū in interrogationibus ⁊ orone ⁊ locutione ⁊ rumorib9 ⁊ quicqd cogitat interrogās i aīo suo: ⁊ sigt initia vite. Et dixit alēdezgod in natiuitate. qp dns triplicitatis ascendentis prius sigt vitā ⁊ naturā nati seu interrogatis ⁊ eius delectationem atqꝫ voluntateꝫ: ⁊ quid diligat: ⁊ quid odio habeat: ⁊ quid boni seu mali ei adueniat in initio vite eius; ⁊ dns triplicitatis secundus sigt vitam ⁊ corpus ⁊ virtutem seu fortitudinem ⁊ medietatem vite: et dominus triplicitatis tertius significat id quod socij eius significauerūt: et significat finē vite in morte.

SEcunda domus est domus substantia ac victus et ministroruꝫ et auxiliatorum: et significat finem annorū vite idest finem iuuentutis. Et dixit alendezgod de dominis triplicitatis domus substantie: de primo scilicet secundo ac de tertio vide quis eorum sit fortior esse et loco huncfacies merito auctorem substantie et significatorem acquisitionis: qp si fuerit in medio celi inueniet hāc a rege: et si fuerit in domo fidei alias fiducie ē melius. Similiter dominus triplicitatis. primus dat substantiam in initio vite: et secundus in medio vite et tertius in fine eius.

TErtia domus est fratrum et sororum et propinquorum ac dilectoruꝫ fidei atqꝫ religionis mandatorum ac legatorum mutationuꝫ atqꝫ itinerū minorꝫ: et significat esse vite ante mortem. dixit alendezgod dominus triplicitatis domus fratruꝫ. primus signat fratres maiores: et secundus medios. tertius minores: eritqꝫ eorū dignitas et eorum esse secundum loca eorum

Quarta domus est patrū hereditatū finis rez͡ z thesauroz͡ z oīuz abscóditoz͡ atq₃ occultoz͡ z signat de esse vite hoīuz finé. dixit alédezgod q͡ dn̄s triplicitatis domus patrū. primus significat partes. secundus ciuitates z terras. tertius fines rerum z carceres.

Quinta domus filioz͡ z dilectionū legatoz͡ atq₃ donationum: z significat qd̄ futuz͡ sit post morté ex laude scilicet z vituperio. dixit alendezgod q͡ dn̄s triplicitatis domus filioz͡. primus significat filios z vitam. secundus dilectionem. tertius vero legatos.

Sexta domus est infirmitatū z seruoz͡: z significat finé vite: z quod futuz͡ sit ante senectuté. dixit alédezgod dn̄s triplicitat is domus infirmitatū primus significat infirmitates z valitudines ab īfirmitatibus z a malis z deteriorationes. secundus significat vernaculos z seruos. tertius significat quid eueniet ex eis z eorum vtilitatem atq₃ opera. z significator est bestiarum ac pecorum: z omnium quadrupedum: z fortitudinis eorum multitudinis quoq₃ eoz͡ ac paucitatis more eorum in manu eius vel egressionis eoz͡ ab ea. scilicet manu: carceris quoq₃ atq₃ retentionis.

Septima domus est mulierū: nuptiaz͡: ɔtétionū quoq₃ atq₃ participationū z oppositoz͡: z sig͞t medietaté finis vite erga senectuté. Dixit alédezgod q͡ dn̄s triplicitatis domus. vij. primus significat mulieres. scd̄s cótentiones. tertius cōmixtiōes z participationes.

Octaua domus est mortis: significat timoré z morté atq₃ almaueruth. i. substátias vel hereditates mortuoz͡ quas debét heredes post mortem ipsorum possidere z significat annorum vite finem post senectutem. dixit alendezgod q͡ dominus triplicitatis domus mortis. primus significat mortem. secundus precepta seu res antiquas. tertius almaueruth idest que hereditanda sunt ex mortuis.

Nona domus est peregrinationū itineꝝ fidei atq₃ religionis sapientie pħie z libroz͡ epistolaz͡ quoq₃ ac legatoz͡ narrationū seu rumoz͡ atq₃ somnioz͡: z initium dimidie vite significat. dixit alendezgod q͡ dn̄s triplicitatis domus peregrinationis. primus significat peregrinationem z omne quod accidit ei secundus significat fidem atq₃ religionem z valitudinez harum atq₃ modum earum. tertius significator est sapientie somnioz͡ z stellaruz z auguriorum z veritatis exercentium in eis atq₃ mendacij.

Decima domus est regina z opeꝝ sublimationis: vel exaltationis regni quoq₃ atq₃ memorie z vocis. scilicet imperij z magisterioz͡ atq₃ matrū: z significat dimidiū annoz͡ vite. Dixit alédezgod q͡ dn̄s triplicitatis domus regie. primus significat opus z exaltationem. scilicet sedis sublimationem z altissimā mānsioné. scd̄s igit͛ vocem imperij z audaciaz in eodem. tertius significat stabilitatem eius atq₃ durabilitatem.

Undecima domus est fiducie z laudis atq₃ fortune: amicoz͡ quoq₃ z ministroz͡ ac auxiliatoz͡: z sig͞t finé annorū medietatis vite. Dixit alédezgod q͡ dn̄s triplicitatis dom⁹ fiducie. primus sig͞t fiduciá. secūdus amicos. tertius vtilitaté seu profectus eorum.

Duodecima dom⁹ é inimicoz͡ z laboris atq₃ tristitie īuidie z susurratiōis calitat͛ igenioz͡ atq₃ bestiarū: z sig͞t finé vite z qd̄ contingit matribus in conceptione sua ex bono vel malo. Dixit

alendezgod dominus triplicitatis domus inimicoꝝ primus significat inimicos. scđs labores. tertius vero bestias ꝛ pecora. Hec sunt que significant .xij. domus.

℄ De coloribus duodecim domorum.

Significant Etiā .xij. domus colores: ꝛ hi sunt: nam domus ascendens vel prima. ꝛ .xij. sunt albe. ij. ꝛ .xij. viri des. iij. ꝛ .xj. crocee. iiij. ꝛ .x. rubee. v. ꝛ. viiij. mellite. i. habent mellis coloreꝫ vj. vero. ꝛ. viij. nigre sunt.

℄ De gaudijs planetarum in domibus.

Et vnusquisqꝫ Planeta hꝫ in vnaque qꝫ istarū domoꝛuꝫ quandā ptātē ex ptātibus. s. accidentalibꝰ q̄ dicunt gaudiū: qꝛ mercurius gaudet in ascendente. Luna in domo. iij. Venus quoqꝫ in. v. ꝛ mars in. vj. Sol in. ix. Jupiter in. xj. Saturnus in. xij.

℄ De fortitudine angulorum.

Et dicitur In significatione domoꝝ ꝛ anguli significant fortitudinē ꝛ pfectionē. Cadentes vero ab angulis debilitatem ꝛ detrimentū. nisi qꝛ. viiij. ꝛ. iij. significant rē apertā ꝛ detectā cuꝫ fama. xij. ꝛ. vj. significant occultationem ꝛ retentionē ꝛ vilitatē rerum. Anguli autē ꝛ dn̄i anguloꝝ significant magnitudinē honoꝝ precij atqꝫ fortune: fortitudineꝫ ꝛ exercitationē ꝛ elongationem a casu: ꝛ presentia eoꝝ in cadentibus est contraria fortune. i. dedecus ꝛ casus. De succedentibus vero anguloꝝ. domus que succedit decē. i. vndecima significat fortitudinē ꝛ fortunā mediā amicoꝝ. ꝛ ex ea pte i qua erat fiducia. ꝛ illa que sequit̄ quartā. i. v. significat fortunā mediā p donationes ꝛ venerationes ꝛ cā filioꝝ cū veneratione leticia ꝛ gaudio. que aūt succedit ascendenti que est secunda significat similiter fortunā mediā ex cā substantie ꝛ ministroꝝ q̄ vero succedit septime. i. octaua significat similiter fortunam mediā ex almanerith idest ex substantia que hereditat̄ a mortuis ꝛ rebus occultis.

℄ De significationibus dominorum angloꝝ.

Hec quoqꝫ Sunt significationes domoꝝ anguloꝝ dū fuerint pn̄tes in angulis. Presentia dn̄i ascendentis in ascendēte significat eius fortunā per semetipsum: ꝛ per suas acqsitionē: ꝛ significat presentia eius. i. x. per regē ꝛ magisteria altiora: ꝛ cū fuerit. i. vij. p conuentiones ꝛ factores atqꝫ vxores p presentiā quoqꝫ eius in quarta significat fortunā p hereditates ꝛ cās patruꝫ ꝛ p productiones aquarū ꝛ populationes vel plantationes. i. edificatiōes ꝛ ex rebus antiquis ꝛ radicalibus. ℄ Sigt̄ quoqꝫ dn̄s. x. p pn̄tiā suā in eadē decima fortunā vel p regē vel p regnū magnum ꝛ magisteria altiora: ꝛ significat p presentiā suā in septima regnū p victoriā contentionū ꝛ ex causis vxoꝝ ꝛ p pn̄tiā eius in quarta significat regnū p amicitiā nobiliū ꝛ regis eius p causas tribunoꝝ ꝛ p dispensatores regū ꝛ cultus terrarū ꝛ edificationes ciuitatū ꝛ p diuisiones fluminū ꝛ custodias ciuitatū ꝛ ex rebus antiquis: ꝛ per pn̄tiā suam in ascendente significat regnū p igenia ꝛ p propinquitatē regis rebus vulgi. ℄ Pn̄tia aūt dn̄i septime in septima significat fortunā p negociationes ꝛ p conuentiōes.

z p nutritiones quoqȝ z mulieres: z p satores: z significat p p̄ntia eius in quarta p conuentiones mulierū: z p negociatiōes: z p cās patrū z hereditatū z cultus ter re z p̄ntia sua in ascendente p ↄuentiones z negociationes per causas medicine atqȝ astronomie: z per opera spiritualia atqȝ ingenie z consimilia: z significat per presentiam suam in decima fortunam per conuentiones z negociationes z per vxores z per causas regis. Presentia vero domini quarte in quarta significat fortunam ex cultu terre: z fructu per causas patrum atque res antiquas: z per presentiam eius in ascendente significat fortunam ex cultu terre z fructu per ingenium z consilij profunditatem: z presentia sua in .x. significat profectum ex cultu terre z fructu per causas regis z magisteriorum. Et presentia sua in septima significat fortunam ex cultu terre z fructum per causas vxorum z satorum: z per negociationes. Hec significant domini angulorum per presentiam suam in angu lis suis. Similiter ergo facies de presentia dominorum ceterarum domorum: z ideo introduximus tantum dominos angulorum vt essent exemplar in ceteris.

¶ Qualiter sciatur quis planeta sit dominator.

Et cum volueris scire planetam dominatorem rei aspicias quis planetarum sit pluris auctoritatis in domo rei: z planetā qui significat naturam illius rei: sicut dicemus in naturis planetarum vi de ergo quis planetarum sit fortior in domo rei: z in parte eius ex fortitudini bus quas prediximus idest ex numero quem prediximus dum de fortitudine pla netarum z potestate tractauimus z qui fortior omnibus fuerit in loco rei: ipse erit dominator eius: verbi gratia: si interrogatio fuerit de substantia z volueris scire quis sit dominator eius z fuerit secunda domus que significat substantiam scili cet quintus gradus signi arietis: quia domus est martis: habet in hoc loco mars quinqȝ fortitudines: exaltatio quoqȝ est solis. z habet in eo quattuor fortitudines est etiam ipsius solis triplicitas: z habet in eo tres fortitudines. habet ergo sol ibi septem fortitudines. et est terminus Jouis et habet ibi duas fortitudines: et est etiā facies martis: et habet ibi vnam fortitudinem ergo mars habet ibi sex fortitudi nes: quinqȝ ex domo et vnā ex facie: et sol septē: et talis planeta vocatur almubta. idest vincens. Sol ergo accipit ibi principatum: quia habet ibi septem fortitudi nes et ipse dominatur ibi in domo substantie. Similiter accipies in loco partis substantie et partis fortune et participem illorum facies Jouem qui est significa tor substantie numeraliter et commiscebis partium et planetarum testimonia: et facies hoc idem de omnibus domibus z scies dominatorez earū.

¶ De potestatibus accidentalibus planetarum.

Ex potestatibus quoqȝ planetarum accidentalibus est alhais idest similitudo. et hoc est cū fue rit planeta diurnus in die super terram et in nocte sub terra et planeta no cturnus in nocte super terram: et in die sub terra et si hoc fuerit masculinus pla neta in signo masculino: et planeta femininus ī signo feminino dicitur esse in sua similitudine. idest in suo alhais. Et erit fortitudo eius vt viri fortitudo in loco eius profectus. idest acquisitionis atqȝ fortune.

¶ Differentia secunda in naturis planetarum septem ⁊ quid sit illis proprium ⁊ quid significent de esse rerum.



¶ quia auxiliante deo iam peregimus quod proposuimus tractare de circulo signorum ⁊ eius accidentibus prosequamur nunc intentionem septem planetarum ⁊ naturas eorum esse quoq; eorum ⁊ quid significent.

Saturnus est masculinus malus diurnus ⁊ est significator patrum si fuerit pueri natiuitas in nocte: ⁊ significat senectutem vltimam si fuerit occidentalis: ⁊ initiū senectutis si fuerit orientalis: ⁊ significat grauitatē frigoris ⁊ siccitatis: ⁊ ex complexione corporum melancolicam: ⁊ augmentū eius atq; distillationem. Et fortassis erit quandoq; complexio frigida humida ponderosa ⁊ fetidi est odoris: ⁊ multe comestionis ⁊ vere dilectionis: ⁊ significat profunditatē consilij: ⁊ multitudinem silentij: ⁊ ex magisterijs res antiquas ⁊ preciosas: ⁊ significat cultus agrorum ⁊ populationem terrarum ⁊ fluminū si fuerit fortunatus: ⁊ res viles ⁊ laboriosas si fuerit malus: vt confricationes in balneis: ⁊ fullones ⁊ nautas. Et si fuerit fortunatus erit vere dilectionis spaciosus ⁊ patiens. Et si fuerit malus erit indiscretus stabilis tristis ⁊ merens male suspitionis multum suspitiens ⁊ mouēs homines in susurrationibus. Et si fuerit fortunatus significat de substantia res antiquas ⁊ durabiles ⁊ hereditates terre cultus: ⁊ si fuerit malus significat aquas sordidas ⁊ mali saporis veteres atq; conuertibiles. Et ex infirmitatibus morbos flegmaticos ⁊ melancolicos ⁊ viscosos ⁊ congelatos acutos: vt lepram morpheam podagram ⁊ cancros ⁊ cetera huiusmodi: ⁊ significat peregrinationes longinquas carceres ⁊ vincula laborem quoq; ac tarditatem ⁊ afflictionem ⁊ almauerith idest substantias mortuorum: patres etiam ⁊ auos ⁊ fratres maiores eunuchos seruos ⁊ viles homines: ⁊ significat ex operibus opera coriorum si fuerit solus significator absq; complexione alicuius planetarum: ꝙ si complectitur ei Jupiter significat opus pergameni in quo scribuntur diuini libri. Et si complectitur sibi mars significat soleas sotularium ⁊ preparationes earum. Et si complectitur sibi sol significat opus consuetorum coriorum. Et si complectitur ei venus significat opus coriorum ex quibus fiunt timpana ⁊ alia instrumenta quibus vtimur in ludis. Et si complectitur ei mercurius significat opus coriorum in quibus scribuntur testamenta ⁊ numeri stipendiorum. Et si complectitur ei luna significat preparationem coriorum ferarum ⁊ montanorum animalium ⁊ huiusmodi similia: ⁊ significat de sectis eam que vnitates confitetur: si fuerit fortunatus: ⁊ si fuerit malus significat credentiam vnitatis cum multa tamen hesitatione idest dubitatione. Et dixit messehala idest quem voluit deus exaltari: qui fuit vnus astrologus in scientia perspicuus iudicijs: quare sic dictus est ꝙ significat fidem iudiciam. ideo quia antiquioribus: ⁊ omnes confitentur eam ⁊ ipsa nullā aliam: sicut Saturnus cui omnes iunguntur ⁊ ipse nulli: significat quoq; indumenta nigra. Et dixerunt quidam alij ꝙ Saturnus significat interiora auris ⁊ splenem: ac stomachum: ⁊ habet ex coloribus nigredinem: ⁊ de saporibus sti-

pticos ⁊ acetosos. Et ex diebus sabbatum. ⁊ ex noctibus eaꝫ que precedit quartam feriam. Et quantitas orbis eius est nouem graduum. Et anni fridarie eius sunt. xj. maximi vero. 465. ⁊ maiores. 57. ⁊ medij. 43. ⁊ dimidium: minores. 30. Fortitudo eius in plagis circuli est in dextra septentrionis. Et dixit messehala ꝙ significat de figuris hominum homine inter nigrum ⁊ croceum: qui cum ambulauerit mergit oculos suos in terram ponderosus incessu adiungens pedes. ⁊ macer recuruus habens paruos oculos: ⁊ siccam cutem venosos rarū habens barbam in maxillis labia spissa callidus ingeniosus seductor interfector. Et dixit Dorothius hic significat hominem corpore valde pilosuꝫ iunctis supercilijs: ⁊ habet ex regionibus Ascine ⁊ indiam ⁊ omnem terram nigroruꝫ. Et ex partibus habens partem fortitudinis ⁊ stabilitatis. significat terras vel res terrarum ⁊ hereditatum: ⁊ eos qui presunt operibus ⁊ audaciam ⁊ laboreꝫ ingenia ⁊ causas mortis. ⁊ habet ex partibus mundi achuid ⁊ alchiut ⁊ corum confinia ⁊ terras nigrorum ⁊ montes eorum.

IUpiter fortuna masculinus diurnus: ⁊ est significator substantie ⁊ operatur calorem ⁊ humiditatem temperatam aeream sanguineam ⁊ de etatibus significat iuuentutem vsqꝫ ad perfectionem etatis: ⁊ ex magisterijs q̄ pertinent ad legem. vt iusta iudicia iudicare: ⁊ pacem inter homines mittere. ⁊ in bonis studere ⁊ substantie significat abundantiam: ⁊ ex negocijs illa que fiunt absqꝫ seductione ⁊ sigt aiam ⁊ vitam ⁊ letitiam ⁊ veritatem ⁊ religionem ⁊ patientiam ⁊ oē preceptum pulchrum ⁊ preciosum ⁊ abundantiā veneris: ⁊ ex

Morbi

infirmitatibus que fiunt ex sanguine per augmentum quātitatis que nō fuerit superflua extra naturam: nec ex sanguine vsto ⁊ cōuertibili: ⁊ est planeta sapientie ⁊ intellectus ⁊ vsus. Cui si complectitur saturnus significat nigromantiam ⁊ incantationes ⁊ exorcismos ⁊c. Et si complectitur ei Mars significat scientiam medicine. Et si complectitur ei sol significat scientiam sectarum ⁊ prudentiaꝫ in contentionibus ⁊ disputationibus. Et si complectitur ei venus significat compositionem sonorum ⁊ aliarum scientiarum delectabilium. Et si complectitur ei Mercurius significat scientiam arithmetice ⁊ scribendi: astronomiam quoqꝫ ⁊ phylosophiam ⁊ geometriam. Et si complectitur ei luna significat scientiam dispositionis aquarum ⁊ mensure earū necnon terrarum: ⁊ ex qualitate animi significat largitatem ⁊ verecundiam atqꝫ iustitiam ⁊ ex sectis pluralitatem atqꝫ

Mebra

simulationem. Quidam autem dixerunt ꝙ significat epar ⁊ stomachum ⁊ aurem sinistram ⁊ brachia atqꝫ ventrem: inferiora quoqꝫ pectinis ⁊ intestina ⁊ ex coloribus colorem cineritium ⁊ viridem ⁊ horum similes: ⁊ ex saporibus habet dulcem. ⁊ quantitas orbis eius est graduum nouem. ⁊ ex diebus habet diem Iouis. ⁊ ex noctibus noctem diei lune: ⁊ anni fridarie eius idest dominationis eius sunt duodecim. ⁊ anni maximi sunt. ccccxxviij. maiores. 79. medij. 45. ⁊ dimidium: minores vero duodecim. ⁊ fortitudo eius ex plagis circuli est in occidente. Et dixit messehala ꝙ ex hominibus significat hominem album habentem ruborem in facie: habentem oculos non prorsus nigros: nares nō equales ⁊ breues caluum: in aliquo dentium habentem nigredinem: pulchre stature boni animi bonis moribus: pulchri corporis. Et dixit Dorothius ꝙ significat hominem habentem magnos oculos: ⁊ pupillam latam barbam crispam ⁊ habet ex regionibus alchirath ⁊ babyloniam ⁊ alen ⁊ persidem:

et alaozmes et archadiam et ex partibus habens partem habitudinis pfectus et significat fidem et appetitum in bonis: et ex operibus salubritatem securitatem et participationem.

Mars masculinus nocturnus malus operatur calorem ꝛ siccitatem ꝛ est significator fratrum ꝛ peregrinationum: ꝛ habet ex etatibus iuuentutem vsq; in finem iuuentutis: ꝛ natura eius colorica amari saporis ꝛ ex magisterijs omne magisterium igneum ꝛ quod fit per ferrum ꝛ ignem: sicut est percussio gladiorum cum martellis. Cumq; ei complectitur Saturnus significat percussionem ferri. Si Jupiter significat percussionē eris. Si sol significat percussionem nummorum aureorum. Si venus significat magisterium ornamentorum. Si mercurius percussionem acuum. Si luna significat percussionem lancearum ꝛ librorum. significat etiā cū solus suscipit significationem opus medicine. Si nullus planeta ei cōplectitur significat minutionem: ꝛ vulnerationem ꝛ operationem ꝛ horum similia. Et si complectitur ei Saturnus significat opus medicine ꝛ vulnerum. Et si iupiter significat opus naturaꝝ. Et si sol significat curam oculorum. Si venus sigt opus ornamenti: vt tonsuraȝ crinium ꝛ barbarum ꝛ abscisionem vngularum: ꝛ si mercurius sigt abscisionē venarum. Si luna significat eradicationem dentiū ꝛ purgationem aurium. Et per se significat iniurias miserorum ꝛ effusionem sanguinis ꝛ oppressiōes per vim ꝛ abscisiones viarum ꝛ iracundiam ꝛ ducatum exercitus ꝛ festinationem ꝛ inuerecundiam ꝛ peregrinationem extra patriam. ꝛ feditatem coitus. ꝛ casus puerorum idest abortiuorum: ꝛ fratres medios atq; sorores: scientiam ac discretionem cure bestiarum. Et ex infirmitatibus febres calidas ꝛ sanguineas ꝛ pustulas sanguineas alabraha que est rubedo corporis cum asperitate ꝛ feditate ꝛ commestione carnium cum putredine: ꝛ dimidij capitis dolorem: ꝛ ignem sacrum ꝛ pauorem ꝛ cogitationes horribiles que inquietant homines ꝛ commouent ꝛ impediunt atq; manes reddunt: ꝛ quicquid fuerit cum inflammatione caloris. Et ex qualitate animi commotionem scilicet animi ꝛ conturbationem. Si aspexerit eum Saturnus significat odium ꝛ maximam inuidiaȝ: ꝛ ex sectis eam in qua bellum fuerit ꝛ vnitatem ꝛ celeritatem mutationis a fide: ꝛ multitudinem hesitationis ꝛ mutationem de testamento in testamentum: erunt tamen hec omnia sub vnitate. Dixerunt quidam ꝙ habet ex membris fel renes ꝛ veneas et decursum spermatis et dorsum: et habet ex coloribus rubedinem: et ex saporibus amarum: et quantitas orbis eius est. 8. grad. et ex diebus habet diem martis et ex noctibus noctem sabbati: et anni fridarie eius sunt septeȝ et anni eius maximi sunt. 264. maiores sunt. 66. medij autem. 40. et dimidiuȝ: et minores. 15. et fortitudo eiꝰ in plagis circuli in meridie. Et dixit mescealla ꝙ significet de imaginibus hominum hominem rubeum habentem capillos ruffos et faciem rotundam leuiter homines de honestatem habentem oculos croceos horribilis aspectus audacem al'citum habentem in pede signū vel maculam. Et dixit Dorothius ꝙ significat habentem acutum aspectum: et ex partibus partem audacie et significat perseuerantiam calliditatem et superbiam et leuitatem et mobilitatem et audaciam et negociationem acuitatem et festinationem in omnibus rebus: et habet ex partibus mundi Asie et terras romanorum vsq; in occidentem: et terras tuscorum.

SOl per aspectum fortunatus est: ⁊ malus per coniunctionem in vno signo ⁊ est masculus diurnus operatur caliditatem ⁊ siccitatem: ⁊ est significator patrum si fuerit natiuitas in die significat regnum maximũ ⁊ animam vitalem ⁊ lumen ⁊ splendorem ⁊ intellectum ⁊ pulchritudinem ⁊ mundiciam atq; fidem. Et ex etate finem iuuentutis. Et participatur vniuersis planetis in dispositione annorum. Et ex magisterijs regimen ⁊ principatum: ⁊ significat iaculationem iaculorum ⁊ venationem purgationem cũ omni specie purgandi qua corpora interius ⁊ exterius purgantur. Et ex infirmitatibus significat infirmitates calidas ⁊ siccas in corporibus apparentes. Et ex substantia aurum plurimum ⁊ vniuersas species substantie. Et ex qualitate ipsius animi sublimitatem prudentiam ⁊ que sequuntur honestatem. scilicet largitatem ⁊ gloriam: ⁊ prolixitatem mentis. Et ex sectis culturam bonam ⁊ eis similia. Et significat imperium vocis ⁊ fortitudinem celeritatis. Si complectitur ei saturnus significat villicationem ⁊ huiusmodi principatum. Si iupiter significat in fide principatum ⁊ religionem ⁊ etiam iudicem inter homines iudicantem opera oppressorum vel iniuriarum. ⁊c. Si mars signat ducatum exercitus ⁊ inuestigationem bellorum. Si venus signat regnum per mulieres ⁊ per obsequium potentum. Si mercurius signat consultores regum ⁊ opus librorum ⁊ hereditatum ⁊ maiorum operum. Si luna signat opus legatorum ⁊ detectionem consiliorum ⁊ huiusmodi similia: Et dixerunt quidã ꝙ sol signat imaginem vultus hominis: ⁊ ꝓprie ex viris oculum dextruz: ⁊ ex mulieribus oculum sinistrum: ⁊ dixerunt quidaz ꝙ habet cor ⁊ medullã ⁊ femora. Et ex infirmitatibus commestionem carnium in ore: ⁊ detrimentũ oris ꝓpter descẽsionem aque in oculum: potestas eius in capite. Et dixerunt indi ꝙ cum fuerit in ascendente erit comburens. ⁊ habebit signum in facie. Et habet ex coloribus quicquid videtur peregrino colore: ⁊ ex saporibus acrez. Et quãtitas orbis eius est. 15. graduum. Et ex diebus diem habet dominicã: ⁊ ex noctibus noctem Iouis anni fridarie eius sunt decem. Et anni eius maiores sunt. 120. maximi sunt. in. 1460. medij. 39. ⁊ dimidiuz vel ſm quosdaz. 69. ⁊ dimidium: minores vero 19. Fortitudo eius ex plagis circuli est in oriente. Et dixit mescеala ꝙ signa de figuris hoium eum que hȝ colorem inter croceum ⁊ nigrum. i. fuscum tecum cum rubore breui stature scriptum caluum pulchri corporis: ⁊ hȝ ex saporibus acutum. Et dixit Dorothius ꝙ figura solis ⁊ lune est figura planetarum q fuerint cum eis: ⁊ eius que dignior fuerit in loco eorum. Si ergo velis scire figuram solis scito ꝙ sit crocea habens partem ruboris capillorum oculi eius aliquantulum crocei. Et ex partibus habens partem futurorum. i. partẽ diuinationis ⁊ est significator naturarum ⁊ spiritus sapientie eleuationis ⁊ perfectionis fidei quoq; scientiarum ⁊ laudum. Et ex partibus mundi habet zamarach ⁊ cura ⁊ ferit ⁊ eius terminos ⁊ terras romanorum.

VEnus fortuna feminina nocturna ⁊ est significatrix mulierum ⁊ vxorum ac matrum si fuerit natiuitas diurna ⁊ operatur frigus ⁊ humiditatem temperatam: ⁊ ex etate habebit iuuentutem vel adolescentiam: ⁊ ex magisterijs instrumenta ludorum ornamenta quoq; ⁊ figuras pulchras ⁊ ludos alearum ⁊ schachorum ⁊ saltationes ⁊ ocia ⁊ fornicationes ac fornicatores ⁊ filios fornicationis ⁊ multitudinem coitus: ⁊ vniuersa genera luxurie ⁊ compositiones coronarum ⁊ vsus earum: ⁊ pulchritudinem

ac mundiciam vestimenta etiā ⁊ ornamenta. Aurum ⁊ argentum ⁊ dilectionē ludos risus ⁊ gaudium ⁊ vnguentis diuersisqꝫ speciebus vti potationes ⁊ ebrietates: seqꝫ credit omnibus: largitatem quoqꝫ significat: ⁊ dilectionē diligentiam amorem iustitiam ⁊ domos orationis retinet quoqꝫ fidem: ⁊ significat magisterium omnium signorum velut musicaꝫ ⁊c. ꝙ si complectitur ei Saturnus significat sonum cantationuꝫ quibus deflentur aliquando mortui: vel quas cantant edificatores quando edificant edificia. Et si complectitur ei Jupiter significat sonum lectionum vel cantationum quibus vtuntur domini sectarum in altaribus ⁊ locis orationis eorum in laudem dei omnipotentis. Et si Mars signat sonos quibus vtuntur seculares ⁊ cantus vulgi in quibus fit mentio blasphemie vel preliorum: vel in quo fit mentio carceris vel laboris ⁊ horum simili[um] vt cantus in quo fit mentio captionis ⁊ alligationis ⁊ percussionis flagellorū. Si Sol signat sonum ligni quo cantatur coram regibus ⁊ nobilibus. Si Mercurius sonum qui exercetur in cōpositione versuuꝫ. Et si luna significat cantus naturam in nauibus. ⁊ ex infirmitatibus morbos habet frigidos ⁊ humidos qui accidunt proprie ⁊ multotiens in membris genitalibus. Et ex substantia que acquiritur propter pulchritudinem: vt sunt ornamenta mulierum: ⁊ vestimenta earū margaritas atqꝫ picturas. Et ex qualitate animi suauitatem ⁊ amicitiam ⁊ commestionem ⁊ his similia: ⁊ cupiditates potionis ⁊ cōmistionis ac coitus. Et ex sectis culturā idolorum: ⁊ eos in quibus maxime exercentur commestiones atqꝫ potationes. Et dixerunt quidam ꝙ significat anchas ⁊ spinam dorsi ⁊ sperma. Et alij dixerunt ꝙ habet significare pinguedineꝫ ⁊ carnes ⁊ renes ⁊ vuluā matricem ventrem pectinem et vmbilicum. Et habet ex coloribus albedines: et ex saporibus vnctuosum. Et quantitas orbis eius. 7. graduuꝫ. Et habet ex diebus diem Veneris: et ex noctibus noctem martis. Et anni fridarie eius sunt octo. Et anni eius maiores. 82. maximi. 151. et medij. 45. minores vero. 8. Fortitudo eius in plagis circuli est in dextra orientis. Et dixit Mesceala ꝙ signat de figuris hominum hominem album trahentem ad nigredinem pulchri corporis et capillorum: faciem habētem rotundam: et paruam habentem maxillam pulchros oculos: et eius nigredo oculorum est plusqꝫ oportet. Et dixit Dorothius signat hominem pulchram faciem habentem pulchros oculos et multos capillos et plus album confectum rubore crassum ostendentem beniuolentiam. Et habet ex partibus partem desiderij et significat amicitiā et ludū et dilectionem et patientiam et coniunctiones masculorum. Et habet ex partibus mundi albiget et altemē et terras arabum.

MErcurius cōmixtus masculinus diurnus inclinatur p naturaꝫ suā ad eum qui cōplectitur ex planetis et ex signis: et est significator fratrū minorū: et significat seruos et dilectionē concubinarum signat etiam deitatem et oracula prophetarum et crudelitatem et opus et honorem vel orationem. Qui si in natura sua fuerit et nullus planeta ei complectitur significat res terreas et rerum augmentationem crescendo: et ex etate iuuentutem: et profectum in ea: et ex operibus opera que generant cognitionem predicationem et rhetoricam et negociationes et extimationem et geometriam: et dispositionem rei et phylosophiam et auguria et prouerbia et scripturam: et versificandi scientiaꝫ et opus numeri maxime. Cui si complectitur Sa

turnus significat ex opere numeri opus mensure terrarum ⁊ hereditatem ⁊ numerum edificiorum atqꝫ telarum. Si Jupiter signat numerum psallendi ⁊ numerum librorum diuinorum. Si Mars significat numerum qui fit in donatiuis exercituum ⁊ pugnantium ⁊ numerum percussionum flagellorum atqꝫ clauarum. Si sol signat preesse numero regnum ⁊ substantie domorum. Si Venus signat numerum chordarum lignorum seu cythararum numerum sonorum atqꝫ fistularum. Si Luna signat numerum ferculorum q̄ fiūt ad commestiones itenerantium extra domum. Et signat de infirmitatibus infirmitates spirituales anime. i. cogitationes horribiles: ⁊ inquietudinem mentis atqꝫ dubitationes ⁊ cetera similia. Significat etiam animi qualitatem ⁊c. similia sm̄ cōplexionem suam ⁊ coniunctionem: cum fuerit fortunatus erunt bonitates sm̄ genus fortune que facit eum fortunatum: ⁊ sm̄ locum in quo fuerint fortunatus mercurius: ⁊ cum fuerit malus erunt iniquitates sm̄ malum quod eum facit malum: ⁊ sm̄ locum in quo factus est malus. Et significat ex sectis culturā vnitatis ⁊ horum similia: ⁊ hoc secreto cum hypocrisia ⁊ simulatione. Et dixerunt quidam ꝙ significat femora vmbilicum ⁊ pectinem ⁊ crura neruos atqꝫ venas ⁊ ex coloribus habet omnem colorem commixtum atqꝫ variatum: ⁊ alezmenium qui est color floris lilij agrestis: et ex saporibus acetosum. Et quantitas orbis eius est. 7. graduum: et habet ex diebus diem mercurij: et ex noctibus noctē diei dominice. Anni fridarie eius sunt. 13. et āni eius maiores. 76. maximi. 460 medij. 48. minores vero. 20. fortitudo eius in plagis circuli est in septentrione. Et dixerunt quidam mercurius a medio retrogradationis eius vsqꝫ ad stationem secundam significat pueritiam: et a statione secunda vsqꝫ ad coniunctionē solis iuuentutem: et a coniunctione solis vsqꝫ ad stationem primam mediam etatem: et a statione sua prima vsqꝫ ad medium retrogradationis significat senectutem et contrarietatem: et in coniunctione sua per directionem vsqꝫ ad stationem primam significat dilectionē et amicitiam et amoris imitationem: et ex statione sua secunda ad coniunctionem iens significat inquisitionem dilectionis et concordiam: et a statione sua prima iens iterum ad retrogradationem significat inquisitionem contrarietatis et dissimilationis traditatem et verecundiam paruam et occupationem et stuporem in redus: et in medio retrogradationis significat celeritatem temperatam propter ingenij debilitatem. et apud stationem secundam significat stuporem et occupationem ingenij et tarditatem et egressus ab hac celeritatem et apertionem ingeniorum: et coniunctione sua soli per directionem significat celeritatem ex passionem ingenioruꝫ et latitudinem vel augmentationem eorum. Similiter Veneri accidit in his locis ⁊ planetis altioribus. Et dixit mescеala mercurius significat ex figuris hominem non multum album neqꝫ nigrum habentem colorem: frontem habentem eleuatam ⁊ longam: in facie longitudinem ⁊ nasum longum raram habentem barbam in maxillis ⁊ oculos pulchros non ex toto nigros: longos quoqꝫ habentem digitos. Et ex partibus habet partem negociationis: ⁊ significat timorem ⁊ infestinationem ⁊ bellum ⁊ inimicicias ⁊ seductiones ⁊ contrarietates: ⁊ significat quoqꝫ perfectum magisterium ⁊ subtilitatem in opere ⁊ inquisitioneꝫ: ⁊ in ceteris que fiunt in hominibus ex actis ⁊ contentionibus: Et ex terris habet adelech alcuidem ⁊ maxime in meridie: ⁊ terras indorum.

LUna fortuna feminina nocturna operat frigiditatem ꝛ humiditatem: ꝛ ex significatrix matrum: si fuerit natiuitas nocturna ꝛ est in ea falsa temperatum ꝛ significat etatem puerilem ꝛ initium crescēdi. ¶ Et ex operibus habet legationes mādata: ꝛ opera aquarum atqꝫ terraruꝫ seccunduꝫ quantitatem fortunij vel infortunij vel mali ꝙ si fuerit bona significat bonum ꝛ econuerso. Significat etiam principatum si prefuerit vel fuerit domina aliquibus rebus ad regem pertinentibus si fuerit fortunata a sole in bono aspectu ꝛ in bono loco. ¶ Et de substantia significat argumentum ꝛ terre cultum si habuerit auctoritatem in quarta ꝛ ex fide religionem. Et ex infirmitatibus epilensiam paralisim guttam caducam ꝛ vultus torsionem enodationem membrorum ꝛ commotionem: ꝛ quicquid fuerit in similitudine frigoris ꝛ humiditatis. Et qualitatem animi secundum coniunctionem suam cum planetis. ¶ Cui si complectitur fortuna: ꝛ fuerit fortuna ipsa Uenus significat curialitatem ꝛ benignitatem: ꝛ animi suauitatem: ꝛ morum honestatem: ꝛ motus celeritatem: ꝛ diuinum obsequium. Si fuerit Jupiter significat honestatem cautelam ꝛ societatem ꝛ benignitatem ꝛ vite pulchritudinem. Et si complexa fuerit malis ꝛ fuerit mars significat studium susurrationis inter homines ꝛ visum in talibus. ¶ Si saturnus odium simulationeꝫ ac inuidiam. Si fuerit sol ab aspectu laudabili significat dispositionē regalem. Et si fuerit Mercurius significat rhetoricam id est facundiam ꝛ bonitatem lingue scripturam. Et dixerunt quidam ꝙ significat cogitationem ꝛ nouitatem animi ꝛ debilitatem sensus ꝛ grauitatem lingue: ꝛ mulieres honestas: ꝛ nutritiones paruulorum ꝛ matres ꝛ materteras. ꝛ preparationes ciborum. Et dixerunt alij ꝙ significat cerebrum proprie ꝛ pulmonem. ¶ Et ex coloribus habet croceum: ꝛ ex saporibus salsum. Et quantitas orbis eius est. 12. graduum. ¶ Et significat ex viris oculum sinistrum: ꝛ ex mulieribus dextrum. Et ex diebus habet diem lune: ꝛ ex noctibus noctem veneris. Anni fridarie eius sunt nouem maiores autem. 180. maximi. 520. ꝛ medij. 66. ꝛ dimidium: ꝛ secundum quosdam. 39. ꝛ dimidium: ꝛ minores vero vigesimoqnto. Et fortitudo eius ex plagis circuli in dextra occidentis. Et dixit Messeala ꝙ significat de figuris hominum hominem album confectum rubore iunctis super cilijs: beniuolum habentem oculos non ex toto nigros faciem rotundam pulchram staturam: ꝛ in facie eius signum. Et ex terrijs habet arcoch ꝛ timanam ꝛ aldeilaꝫ. Et quidam dixerunt ꝙ significat pueritiam ab initio mensis vsqꝫ ad. 7. dies: ꝛ a. 7. diebus vsqꝫ ad. 14. dies iuuentutem: ꝛ significat etatem perfectionis. i. medie etatis vsqꝫ ad. 21. dies ꝛ noctis: ꝛ senectutem vsqꝫ ad coniunctionem: id est vsqꝫ in finem mensis quando coniungitur soli. Et cum fuerit sub radijs Solis significat secreta ꝛ res ocultas: ꝛ similiter omnis planeta: ꝛ in initio mensis quando crescit significat omne quod faciendum est: ꝛ in impletione sua quod destruendum est: quia decrescit: ꝛ in initio mensis ipsa ꝛ Sol significat accusatores: ꝛ in fine mensis accusatos: ꝛ significat in initio mensis lucrum ꝛ continentiam. in fine mensis stipendia ꝛ dispersiones. ꝛ significat in oppositione contrarietatem: ꝛ in initio mutationis ad oppositionem idest cum fuerint inter eam ꝛ oppositionem. 15. gradus significat initiū contrarietatis ꝛ eius causam: ꝛ cum separata fuerit ab oppositione significat causas exceptionis a ꝯtrarietate: ꝛ in exitu suo de sub radijs Solis significat exitum ab occultatione ꝛ his silia. ꝛ in introitu sub radijs sigt aptationeꝫ ad oc-

cultandum: ꝛ hora diuisionis a Sole significat aptationem exitus sui ab occultatione: ꝛ hora exitus sui de sub radijs significat apparitionem ꝛ aduentum ab absentia ꝛ dum fuerit in quarto aspectu Solis significat diminutionem rei seu descensionem ab alto in infimum. Similiter in quarto aspectu secundo sed in quarto aspectu primo significat apparitionem rerum ꝛ lucrum ꝛ augmentum continentie: ꝛ in quarto aspectu Solis secundo significat horum opposita. Et dixerunt quidam ꝙ Luna in coniunctione quidem vsqꝫ ad dimidium luminis sui primum erit natura eius humida ꝛ medietate luminis sui vsqꝫ ad impletionem erit natura eius calor: ꝛ ab impletione vsqꝫ ad dimidium sui luminis secundum erit natura eius siccitas: ꝛ a dimidio luminis sui secundi vsqꝫ ad coniunctionem erit natura eius frigus. Reliqui vero planete ab ortu suo vsqꝫ ad stationem suam primam in natura humiditatis erunt ꝛ significant pueritiam: ꝛ a statione sua prima vsqꝫ ad oppositionem solis erit natura eorum calor: ꝛ significat iuuentutem: ꝛ ab hoc loco vsqꝫ ad stationem secundā erit natura eorum siccitas: ꝛ significat perfectam etatem: ꝛ a statione sua secunda vsqꝫ ad occultationem suam primam erit natura eorum frigus: ꝛ significat senectutem frigidam. Et dixerunt quidam ꝙ sol significat spiritum idest animam vitalē. Luna cogitationem ꝛ sensum. Saturnus merorem ꝛ tristiciam vilitatem malum. Jupiter sapientiam ꝛ rationem. Mars iram furiaꝫ ꝛ celeritatem. Uenus ludum ꝛ gaudium. Mercurius rationalitatem seu dialecticam ꝛ disciplinam. Et quia diximus in hoc capitulo de significatione planetarum dum complectuntur alteri planete. Similiter etiam est considerandum in ceteris rebus que significant planete

DE ordine vero planetaꝝ seu pricipatu eoꝝ in ꝯceptione puerorꝫ: ꝛ ꝗ̄diu fuerint i vētre matris. Sciēdū est ꝙ primus mēsis ab hora: scilicet ꝯceptionis est Saturni. Secundus Jouis. Tertius Martis. Quartus Solis. Quintus Veneris. Sextus Mercurij. Septimus Lune. Octauus Saturni: ꝛ ideo nō viuit q nascitur in octauo mēse eo ꝙ sub potestate Saturni nascitur: ꝛ nonus Jouis Principatus quoqꝫ siue ordinatio planetarum in vita humana. i. qualiter disponāt vitam nati ita diuiditur. Luna incipit ab ingressu nati idest a natiuitate pueri: et disponit secundū quantitatem annorum nutritiuorum qui sunt quattuor anni. Deinde Mercurius post decem. deinde Venus octo. postea Sol. 19. postea Mars quindecim. postea Jupiter duodecim. deinde Saturnus vsqꝫ in finem vite.

¶ De natura capitis draconis et caude.

CApud dracōis est masculinus. Similr etiā est fortuna et natura eius ē ꝯposita ex natura Jouis et Ueneris: et hoc significat regnū et fortunā atqꝫ substantiam. Et dixerūt et quidā ꝙ natura eius est augmentatio: quia cum fuerit cum fortuna auget fortunam eorum: et cum fuerint cum malis auget malitiam eorūꝫ: et anni fridarie eius sunt tres. ¶ Cauda vero eius est mala: et natura eius est composita ex natura Saturni et Martis: et significat deiectionem et casum atqꝫ paupertatem. Et dixerunt quidam ꝙ natura eius significat diminutionem ꝙ cum fuerit cum fortunis diminuit fortunam eorum: et cum fuerit cum malis diminuit malitiam eorum: ideoqꝫ dictum

pars 3

est caput: est fortuna cum est cū fortunis. ꝛ malum cum malis: ꝛ cauda mala cū bonis ꝛ bona cum malis: ꝛ anni eius fridarie eius sunt duo.

¶ De horis diei ꝛ noctis quorum sunt planetarum.

SI fuerit aliq̄ dies vel nox alicuius plāetaꝝ erit p̄ma hora ipsi us planete ꝛ secūda hora alterius planete qui ei succe dit: ceterorumq; f̄m ordinē circuloꝝ pari ratione est successio: vbi gratia: die veneris cuius est ꝛ dies prima hora est ipsius veneris. secunda mercurij. tertia lune. quarta saturni quinta Jouis. sexta martis. septima solis. octaua iterum veneris. nona mercurij. decima lune. vndecima Saturni. duodecima Jouis. ecce habes. 12. horas diei inequales. Item de horis noctis. Prima hora sequentis noctis est martis cuius est ꝛ tota nox. Secunda Solis. Tertia veneris. Quarta Mercurij. quinta Lune. sexta saturni. septima Jouis. octaua iterum martis. nona solis. decima veneris. vndecima mercurij. duodecima lune. ꝛ sic habes etiam. 12. horas noctis inequales. Et incipit dies sabbati postea cuius prima hora est saturni: ꝛ ipsius est tota dies sic per ordinem numerando inuenies horas dierum ꝛ noctium ꝛ diuisiones earum super planetas singulos si deus voluerit:

¶ De horis masculinis ꝛ femininis.

DIcuntur ꝛ hore esse masculine ꝛ feminine: quia hora prima vniuscuiusq; diei ꝛ noctis ē masculina. secūda feminina. tertia masculina. quarta feminina. sicq; succedunt per ordinem. vna scilicet feminina. alia masculina. vsq; in finem diei ꝛ noctis.

¶ Differentia tertia in his que accidunt planetis septē in semetipsis et quid accidat eis abinuicem.



Et quia iam annuente deo iam peregimus esse planetarum in semetipsis: et quid significent: prosequamur narrando quid eis accidat in semetipsis et abinuicem idest a quibusdam erga quosdam.

SIgnificatio planetarum in semetipsis est vt sit planeta ascendens in circulo augis sue minor lumine et magnitudine atq; cursu idest cum fuerit inter ipsū et suā augē minus. 90. gradibus ań vel retro: si autem fuerint inter ipsum et augē. 90. gradus equalis in lumine et magnitudine atq; cursu: si vero fuerit extra hec duo loca. i. plus 90. erit descendens de circulo augis et apparebit maior lumine et magnitudine ac cursu vel velocior: et si fuerit portio eius equata minus. 180. gra. erit augens numerum. et si fuerit plus erit minuens numerum: et si fuerit portio eius equata ex. 180. gra. vel. 360. erit nec augens nec minuens: et si addatur equatio equata super medium cursum dicitur augens cursum vel numerum: et si minuitur eius

ascendens in circulo augis

equalis lumine

quia nos propinquior

hoc loco ascendens in circulo sue augis & eo sumitur quod est esse in superiori parte ecentrici.

equatio dicitur minuens numerum. Et quando aliquis planetarum altiorum. 3. vadit plus medio cursu suo dicitur augere cursum: et si minus vadit dicitur minuere cursum: et si vadit tantum dicitur cursu equalis et quando aliquis planetarum inferiorum vadit plus medio cursu solis erit augens cursum. quando vadit minus dicitur minuens cursum: et quando vadit tantum erit cursu equalis. Luminarium autem esse in cursu est sicut esse trium altiorum planetarum. Fit quoque planeta septentrionalis cum transierit genzahar suum. i. cum transierit per viam Solis iens a meridie septentrionem ille transitus. i. illa abscisio circulorum dicitur genzahar. cum ergo planeta transierit ipsam abscisionem et fuerit inter planetam et ipsam abscisionem minus. 90. gra. erit planeta septentrionalis ascendens: et cum fuerit a. 90. usque ad. 180. erit septentrionalis descendens: et cum transierint hunc numerum. i. cum habuerit plus iens ad. 270. erit meridianus descendens: et cum transierint hunc numerum iens ad. 390. erit meridianus ascendens. hoc est esse planetarum in semetipsis.

De esse autem planetarum ab invicem tractemus. s. quid accidat. 5. planetis erga luminaria: et dicemus ex hoc quod dixit Ptolemeus de almugea hoc est de visione invicem faciei ad faciem. hoc est cum fuerit inter planetam et solem: dum non fuerit planeta occidentalis idest dum sequitur solem tantum quantum est inter domum illius planete et domum solis de signis: aut cum fuerit inter ipsum planetam et lunam cum fuerit orientalis a luna idest dum succedit luna tantum quantum est inter domum planete et domum lune ex signis idest cum fuerit planeta tantum distans a sole post quantum distat domus eius a domo solis: similiter de luna dicitur: quia cum planeta successerit soli et fuerit a sole saturnus: scilicet in 6. signo: et iupiter in. 5. mars in. 4. venus in. 3. mercurius in. 2. tunc dicitur esse in almugea solis. Similiter cum fuerit inter unumquemque planetam et lunam succedentem hic numerus signorum uniuscuiusque planete dicitur esse in almugea lune.

De ductoria. i. securitate planete.

Ex hoc ductoria planete. i. ut sit planeta in suo haiz. i. in parte sibi propria et aliquo angulorum ascendentis: et aliquo luminarium: similiter in loco sibi consimili in quadrante videlicet in aliquo angulo ita quod sit planeta in die orientalis a sole: in nocte occidentalis a luna et omnis planeta dicitur esse in sua ductoria secundum quosdam cum fuerit inter planetam orientalem et solem. 60. gra. Et omnis planeta ex quo tegitur a radijs solis donec appareat de subradijs vocatur combustus: et dum incipit intrare radios dicitur incepisse comburi: et dum absconditur sub radijs et fuerit prope solem per. 12. gra. dicitur oppressus et cum fuerit cum sole in uno gradu fuerintque inter eos. 16 minuta: vel infra et latitudo eius similiter vocatur unitus: et cum transierit eandem unionem petens exitum donec videatur vocatur evasus. Et ex quo apparent tres altiores de supradijs et incipiunt oriri. i. apparere mane ante solem: hoc est cum fuerint propinquiores circulo hemisperij orientalis donec veniant ad oppositionem vocantur orientales dextri: et ex quo transierit oppositionem donec coniungantur iterum soli vocantur occidentales sinistri. Venus vero et Mercurius ex quo separatur aliquis eorum a gradibus solis in medio retrogradationis sue: et apparent donec comburantur a sole in sua directione vocantur orientales: et ex quo separantur a sole

in medio directionis sue donec iterum comburant in retrogradatiõe sua vocantur occidentales: & cũ fuerit in ortu suo.i.cũ fuerit oriẽtales vocant dextri: & dicunt esse mas. & occiduo suo.i. cum fuerit occidentales vocant sinistri & dñr esse feminei: & tunc sũt fortiores. ¶ Tres võ altiores postq̃ exeũt de subradijs solis vocant oriẽtales & dñr augmentari i fortitudine vsq3 ad.30. gra. a sole & vocant post hoc vsq3 ad.30.gra. alios oriẽtales fortes vel fortiores: & cu3 trãsierint solẽ.60.gra vocantur planete orientales eũtes ad debilitate3 donec veniant ad retrogradationem tũc noiant orientales retrogradi: donec sint & veniant in oppsitione: & post hoc erunt occidentales retrogradi cũ transierint oppositionem. donec perueniant ad directionem: deinde a directione vsq3 ad 60.gra. post directione3 donec sit longitudo eo⁊ a sole.30.graduum dicunt occidentales fortes: deinde a longitudine.6. gra. post directionẽ dicunt occidentales eũtes ad debilitatem: deinde fiunt occidentales debiles donec intrent sub radijs solis. ¶ Inferiores quoq3 ex quo seperant a sole: & ipsi retrogradi vocantur orientales debiles: sicq3 esse non desistũt donec veniãt ad directionẽ suã: & tũc fiunt oriẽtales fortes: donec longitudo eo⁊ sit a sole sicut longitudo solis ab eis fuit dum cepissent debilitari eũtes ad retrogradatione: deinde fiũt oriẽtales debiles donec supponãt radijs solis post hoc sunt cõiuncti: deinde cõbusti euntes ad apparitionem donec videant: & ex quo separant a sole in directione vsq3 ad.60. gradus sunt fortiores: et a 60. vsq3 ad horã sue retrogradationis erunt occidentales fortes: et donec fuerint cum sole erũt debiles. et planeta cũ exierit de subradijs solis: et nulli planete iunctus fuerit dicitur q᷑ sit in lumine suo: hoc est esse planetarum cũ luminaribus.

¶ De his que accidunt planetis ad seinuicem.

Esse autem illorum erga seinuicem hoc est idem q᷑ coniunctio.i. cũ fuerint duo planete in duobus signis aspicientibus se et fuerit leuior in signo suo minus gradibus q̃3 fuerit ponderosior in signo suo: fuerintq3 inter eos.6.gra. vel infra: tũc dicit q᷑ leuior eat ad ꝯiunctionẽ ponderosioris: et cum gradus eorum fuerint equales perficiunt coniunctio eorum: et cum transierit eum erit ab eo separatus coniunctio hec dicitur coniunctio longitudinis. ¶ Coniunctio vero latitudinis est: vt duo planete iungantur per latitudinem. Et si fuerit applicatio coniunctionis oportet: vt sit latitudo eorum equalis in vna parte: et si fuerit coniunctio ex oppositione oportet vt sint latitudines eorum equales: ita vt latitudo vnius sit ascendens in septẽtrione: & alterius descendens in septentrione vel vnius ascẽdens in meridie: & alterius descẽdens in meridie: aut si fuerit applicatio ex aliquo alio⁊ aspectũ: & hoc est q᷑ sit latitudo vni⁹ sẽtẽtriõalis ascẽdẽs: & alterius meridiana descendens: & ecõuerso in meridie: & hec est applicatio latitudinis que dicta est. ¶ Et cum separatur vnius planeta ab alio & nulli planetarũ iũgitur q̃3diu in eodẽ signo fuerit dicitur cursu vacuus. ¶ Et cum fuerit planeta in aliquo signo: & aliqs planeta non aspexerit hoc signũ alter planeta q̃3diu in eodem fuerit dr feralis vel aggrestis. ¶ Et cum separatur planeta leuis a planeta ponderosiori & iunctus fuerit alteri. transfert naturam primi ad secundum. Transfert etia3 planeta naturam alio modo hoc est vt planeta leuis iungatur planete ponderosiori se: & ipse ponderosior iterũ alteri se ponderosiori: tunc melius transfert naturam leuioris ad ponderosiorẽ. ¶ Si autẽ nõ iungit vnus isto⁊ alteri: & iungit vterq3

alteri: tunc si aspexerit ille tertius planeta aliquem locorum circuli reddit lumen eorum ad locum ipsum: ⁊ hoc vocatur redditus luminis. Iterum si vnus planeta non iungitur alteri: sed alter planeta tertius in vtrosq; transtulit lumen: tunc hec coniunctio dicitur etiam redditus luminis. ¶ Sequitur prohibitio ⁊ fit duobus modis. Uno scilicet ex coniunctione hoc cum fuerint tres planete in vno signo: sed in diuersis gradibus: ⁊ fuerit ponderosior plus gradibus tunc ille qui est medius prohibet priorem illum. scilicet qui est minus gradibus ne iungatur ponderosiori donec pertranseat eum. Secundo modo vt duo planete sint in vno signo: ⁊ leuior iungatur ponderosiori: alter quoq; iungatur eidem ponderosiori per aspectum: ille ergo qui est cum eo in vno signo aspicientem prohibet a ponderosioris coniunctione: si fuerint tamen gradus illius qui iungitur: ⁊ ipsius qui aspicit equales. idest vnius numeri. Si vero ille qui aspicit fuerit propior gradui ponderosioris erit coniunctio aspicientis. Et si coniungitur planeta domino illius signi in quo fuerit: vel domino exaltationis seu domino ceterarum dignitatum in quibus fuerit: dicitur pulsare idest mittere naturam illius planete domini scilicet eiusdem dignitatis ad eum. ¶ Et si fuerit planeta in aliqua dignitatum suarum ⁊ fuerit iunctus alij planete qui habeat etiam partem dignitatis in eodem loco mittit ei etiã vtranq; naturam suam. s. ⁊ illius cui iungitur: ⁊ hec missio omnis vocat alcobol idest receptio.

Nunc sequit redditus. i. quãdo iungit planeta alicui planete q cõburit. i. qui fuerit sub radijs solis vel fuerit retrogradus redditq; ei virtutem propter debilitatem suam quam non valet retinere: tunc si fuerint vtriq; planete in angulo vel succedentibus angulorum erit redditus cum proficuo: similiter si fuerit qui coniungitur ei tantum in angulo: ⁊ ille cui coniungitur receperit eum. Si autem fuerit planeta qui iungitur cadens ab angulo: ⁊ ille cui coniungitur in angulo vel in sequenti angulorum: aut si vtriq; fuerint cadentes erit redditus cum detrimento.

Inde sequit almenẽ. idest refrenatio que fit quãdo planeta vult coniungi alteri sed: ãteq̃ iũgat accidit retrogradatio ⁊ sic destruitur eius coniunctio. ¶ Hanc sequitur alchorad. i. contrarietas accidens: hec fit cum aliquis planeta leuis fuerit multorum graduum in signo ⁊ alter illo ponderosior minus gradibus tertius quoq; leuior primo volens coniungi ponderosiori: sed anteq̃ ei coniungatur fit retrogradus ille leuior qui habet plures gradus ⁊ iungitur ⁊ applicatur illi ponderoso ⁊ transiens illum iũngitur etiam alteri planete leuiori: ⁊ sic destruitur coniunctio illius prioris cum ponderoso.

Sequitur alfazim. i. frustratio. H quoq; fit cũ aliqs planeta petit ꝯiũctionẽ alterius planete sed ãteq̃ ꝑueniat ad eũ mutat iste i aliud signũ ⁊ erit aliqs planeta i paucis gradibꝰ aspiciẽs ipsum signum ⁊ erunt radij eius in initio signi. Cumq; exierit sequens planeta de primo signo iungitur isti aspicienti ⁊ annullatur coniunctio quam habebat cum illo. scilicet cum primo.

Hinc sequitur abscisio luminis hoc est quãdo aliqs planeta petit cõiũctionẽ alterius ⁊ fuerit i secũdo signo a signo illius cui iũgit alter planeta: sed anteq̃ iungatur ei prius fit ille qui est in secũdo signo

pars 3

retrogadus coniungiturqꝫ ei ꝛ abscindit lumen suum a planeta qui volebat coniungi ei: similiter si fuerit planeta iens ad coniunctionem alterius planete: ꝛ ipse alter planeta cui vult iungi petat coniunctionem alterius planete se ponderosioris: sed anteqꝫ perueniat leuis ac gradus ponderosioris iungitur ipse ponderosus alteri seipso ponderosiori: ꝛ abscindit lumen illius a planeta primo leuiori.

De locis fortunatis ꝛ malis.

Sunt quoqꝫ his planetis loca in quibus confortantur ꝛ in quibus debilitantur: ꝛ loca in quibus fiunt fortune: ꝛ loca in quibus fiunt mali. Sed loca in quibus fiunt fortune sunt h: vt scilicet sint in aspectibus bonorum idest in aliquo aspectu vtili: scilicet sextili: aut in trino aspectu quia a quibusdaꝫ ita nominatur exagona radiatio quoqꝫ ac trigona: ꝛ vt sint mali cadentes ab eis sintqꝫ separati ab infortuna: ꝛ iuncti fortune: aut sint obsessi a fortunis vel radijs eorum idest vt sint inter duas fortunas vel inter radios fortunarum. ¶ Hec est enim obsessio vt habeat planeta fortunam vel radios eius ante se ꝛ aliam fortunam: vel eius radios post se. Et quidaꝫ vocant hoc altifert idest veneratio: aut sint vniti cum sole in vno gradu aut sint in aspectū eius sextili: siue trino vel consimili aspectu lune ꝛ luna tunc sit fortunata: ꝛ vt cursu sint veloces aucti lumine ꝛ numero: aut sint indignationibus suis vel in suo haim: idest in sua similitudine vt sit videlicet planeta masculinus in signo masculino ꝛ femininus in signo feminino ꝛ diurnus in die super terraꝫ ꝛ in nocte sub terra nocturnus in nocte super terram ꝛ in die sub terra ꝛ reliqua ꝛ vt sint in signis in quibus habuerint dignitates seu potestates suas: vel gaudijs suis vel in gradibus lucidis recepti: ꝛ ex fortitudine eorum est vt sint ascendentes in septentrione: aut sint septentrionales: vel sint ascendentes in circulo augis sue: aut in statione secunda hoc est quando fuerint in statione vbi dirigantur a retrogradatione: aut sint exeuntes de sub radijs solis: aut sint in angulo: vel in sequenti eius aut sibi tres altiores orientales a sole: qꝫ si eum aspexerint sextili: aut trino aspectu: erit illis hoc augmentum fortitudinis: aut fuerint in quartis masculinis ꝛ sol cū fuerit in illis quartis masculinis: aut in signis masculinis erit fortis etiam nisi sit in libra: quia ibi cadit. Et ex fortitudine trium inferiorum est vt sint occidentales a sole: aut in quartis femininis ꝛ ex fortitudine lune: vt sit in nocte super terram ꝛ in die sub terra in loco feminino: vel in signo feminino: ꝛ cum fuerit in exaltatione solis.

De infortunio planetarum.

Ex infortunio vero planetarum ꝛ destructione eorum est vt sint in coniunctione malorum: aut in oppositione eorum: vel in eorum tetragona: aut trigona: aut exagona radiatione: aut si fuerit inter eos ꝛ corpus mali vel radios eius minus termino planete: aut fuerint in terminis malorum aut domibus eorum: aut sint mali eleuati super eos a. x. vel. xj. a locis eorum: ꝛ multo deterius si non receperint eos. Aut fuerint in coniunctione solis: vel oppositione eius: vel in tetragona radiatione: aut fuerint in capitibus suorum

genzahar: aut cum caudis suis. aut cum capite draconis vel cauda fintq; inter eos z inter aliquem istorum scilicet locorum. 12. gradus vel infra: z maxime si fuerit luna aliquo eorum: similiter z sol tunc magis impeditur ab eis. idest a capite vel cauda cum fuerint inter ipsum z vnum eorum etiam. 4. gra. ante vel retro: aut fuerint planeta obsessi inter duos malos: hoc est vt sit planeta in signo aliquo z cuz eo malus: vel radij eius ante se: z malus vel radij eius post se: aut seperatur a malo per coniunctionem: vel per aspectum: z iungatur tali modo alteri malo: aut fuerit malus: vel radij eius in signo quod est ante eum: idest in secundo ab eo: z in signo quod est post cuz: idest in. 12. ab eo fuerit alter malus vel radijs eius. Similiter dicitur de signis q sint obsessa. Quod si aspexerit fortuna vel sol eundem planetam obsessum: vel signum obsessum a trino: vel a sextili aspectu fueritq; inter eum z coniunctionem minus septem gradibus soluitur ipsa malitia vel obsessio. ¶ Et ex hoc vt sit planeta retrogradus: vel sub radijs solis combustus: aut cadens ab ascēdente: aut ex debilitate eoruz: vt sint tardi cursu: aut statione prima: hoc est quando stant: vt retrogradi fiant: aut sint in gradibus tenebrosis. aut sint masculini in signis femininis: z gradibus femininis in die sub terra: z in nocte super terram: aut sint feminini: in signis masculinis: z in gradibus masculinis in nocte sub terra: et in die super terram: aut sint in oppositione dignitatum suarum: seu potestatum: aut descendentes in meridie vel meridiani: aut cadentes ab angulis: vel a succedentibus angulorum: aut in domibus cadentibus: aut sint in via combusta que est medietas vltima libre: et prima medietas scorpionis: aut iungantur planete retrogrado vel impedito seu cadenti: aut non sint recepti. Aut sint tres altiores a solo occidentales: aut in quartis femininis: et debilitas solis est: vt sit in signis femininis: aut in quartis femininis: nisi sit in domo nona: et debilitas trium inferiorum est vt sint orientales: aut quartis masculinis.

De amicicia et odio planetarum.

Et dicitur in planetis q sint quidam eorum se inuicem diligentes et odientes: nam de diligentibus quidam antiquorum dixerunt q Jupiter diligit omnes planetas et sit amicus eorum et ipsi illius preter martem. Veneris amici sunt omnes planete et omnes diligunt eum preter saturnum. ¶ Saturi autem amici sunt Jupiter Sol et Luna et inimici eius Mars et Venus et ipsa plus habet eum odio. ¶ Et amica martis est Venus et ceteri planete odio habent eum et plus Jupiter et Sol. ¶ Solis vero amici sunt Jupiter et Venus: et inimici Mars Mercurius et Luna. ¶ Mercurij amici sunt Jupiter Venus: et Saturnus tantum: et inimici eius sunt Sol et Luna et Mars. Lune autē amici sunt Jupiter et Venus et Saturnus. et inimici Mars et Mercurius. Capitis draconis amici sunt Jupiter et Venus. et inimici Saturnus et Mars. Caude vero amici Saturnus et Mars. inimici Sol et Luna Jupiter et Venus. Ee sunt alie species inimicitie cum fuerint duo planete habentes domos suas oppositas: vt Mars et Venus: et cū piungunt dz aperio portarum. Tertia quoq; species inimicicie est vt sint duorum planetarum exaltationes opposite. Fortior autem planetarum amicitia est: vt concordet planeta cum planeta in natura et in qualitate atque substantia et potestate sicut concordat Mars cum sole: quia vterq; concordat in caliditate et siccitate et acuitio-

pars 4

ne z celeritate: z est dominus exaltationis eius in qua apparet eius fortitudo: z vti concordat Luna et Venus in frigore et humiditate: et est domina exaltatio- nis eius. Cum autem concordauerunt duo planete in natura et substantia: vt Jupiter et Venus sunt amici.

Differentia quarta in expositione nominum astrologorum.



Et prosequamur nunc expositionem nominũ astrologoꝝ. Initium hoꝝ est. Coniunctio et res significãtes destructiones seu mutationes que fiunt in hoc seculo ex coniũctionibus: quaꝝ numerus est sex: maior autem oibus coniũctionibus est coniunctio saturni et Jouis in initio arietis et hꝫ fit in. 960. annis. ¶ Scđa aũt coꝝ ꝯiunctio est in initio vniuscuiusqꝫ triplicitatis et hꝫ fit i 240. annis. Iũgũtur. n. in vnaquaqꝫ triplicitate duodecies: et fortassis faciũt in vnaquaqꝫ triplicitate. 13. cõiunctiões: deinde mutaŧ coꝝ ꝯiunctio ad triplicitatem que huic succedit. ¶ Tertia aũt ꝯiunctio est saturni et martis in initio cãcri que fit in oibus. 30. annis. ¶ Quarta quoqꝫ est ꝯiũctio iouis et saturni in vnoquoqꝫ signo que fit in omnibus. 20. annis. ¶ Quinta est descensio luminaris maioris in pũctum et equinoctij vernalis temporis. scilicet ingressus solis in capite arietis que fit in oi anno. ¶ Sexta est ꝯiunctio luminarium et oppositio eorum que fit in dimidio cuiusqꝫ mensis lunaris. Et quando dicitur ascendens ꝯiunctiõis dicitur vel significatur ascendens mundi. idest signum quod ascendit hora itroitus solis in predictum punctum equinoctij vernalis in initio scilicet illius anni quo debet fieri ꝯiunctio predicta.

De annimodar. i. gradus ascendentis natiuitatum inuestigatione.

Et ex hoc annimodar qđ est inuestigatio gradus ascendentis alicuius natiuitatis: et putant multi astrologorum ꝙ inueniatur per eundem idem gradus ascendentis natiuitatis alicuius. sed hoc falsum est. et hoc iam patefeci in libro meo quem feci de annimodar. sed inuenitur per eundem dignior omnibus gradibus circuli post gradum ascendentis in eadem hora secũdum cursum naturalem: et concordat multotiens. idest accidit aliquando inueniatur per eum gradus ascendentis. Cuius rei cognitio est vt consideretur gradus coniũctionis vel gradus preuentionis que fuerit ante ipsam natiuitatem: et si fuerit coniunctio illi natiuitati proprio vocatur ipsa natiuitas coniunctionalis. et si fuerit preuentio illi propior dicitur preuentionalis. idest in qualicunqꝫ eorum fuerit natiuitas in coniunctione. scilicet vel preuentione eodem modo et nomine natiuitas predicta nuncupatur. z quia gradus coniunctionis est idem gradus in quo iunguntur luminaria nulla est inquisitio: nec indiget expositione. in preuentione autem quia vnumquodqꝫ luminarium est in gradu suo. idest in diuersis gradibus. Necesse est nobis scire quem hoꝝ graduum velit intelligi gradum preuentionis: et iam dixit Ptolomeus: quia gradus illius luminaris qđ fuerit super terram est gradus preuentionis. et quidam sapiẽtũ dixerũt ꝙ si venerit in preuentione ꝙ vnum luminarium sit in gradu orientis et alterum in gradu occidentis: tunc gradus orientis erit gradus preuentionis. Et dixit Velli-

us: quia gradus preuentionis est gradus in quo fit impletio volens intelligi
graduz lune. sed qr hoc est opus Ptolomei opz in hoc nos redire ad eius sniaz
cum ergo gradus coniunctionis vel gradus preuentionis certissime patuerit con/
stitues gra. ascendentem per extimationem hore natiuitatis ꝛ quatuor angulos
reliquas domos: deinde aspicies gra. coniunctionis: vel gradum preuentionis
que fuerit ante natiuitatem: ꝛ quis planetaruz in eo fuerit dignior vel fortior in
eadem hora coniunctionis vel preuentionis per multitudinē dignitatum seu pote/
statum. i. cōsiderabis quis planetaꝝ habet maius dnm in eodem loco. Hunc er
go planetam equabis ad horam opinatam natiuitatis. deinde aspicies vtrū sit
gradus illius planete in signo in quo est propior gradui. x. domus aut gradui
ascendētis ꝛ cui horꝝ ppior fuerit facies hūc angulū ad istar gradus ipsius pla
nete ꝛ eius minuti: ꝛ diuides. xij. domus p eū dixit Ptolomeus si planete plu
res conuenerint in domino eiusdem loci ꝛ fuerint equales in fortitudine consti/
tues dnm loci illum qui fuerit dns baiam: qd si in hoc etiam cōuenerint cōstitu/
ēs eum qui velocius debet mutari ab esse suo ad id qd fuerit melius. i. eum qui
voluerit exire de aliquo signo in quo fuerit: ꝛ intrare aliud in quo habuerit plu
res dignitates: vel si fuerint orientales a sole eliges eum qui soli fuerit propin/
quior ꝛ non fuerit sub radijs. Si vero in angulo fuerit ille est eligendus qui
gradui eiusdem anguli fuerit propinquior: ꝛ hoc intellige.

Et ex hoc hylech. i. locus vite in natiuitatibus cuius scientia est: vt pri/
mo aspicias horā natiuitatis: que si fuerit in die accipies a sole: qui si
fuerit ante gradū signi ascēdentis per. 5 gradus aut infra: aut fuerit in
10. vel. 11. siue masculinum fuerit ipsum signū seu femininū aptus erit: vt sit hy
lech. Si aūt fuerit in his tribus locis. s. in septima vel octaua vel nona in signo
mas. sir aptus erit: vt sit hylech. Si vero fuerit in his tribus locis in signo femi
nino nō erit aptus: vt sit hylech. Hinc aspiciens lunā que si fuerit in ascendente
vel in secunda vel tertia: aut in septima vel octaua erit apta hylech siue masculi/
num siue femininum fuerit signum. Et si fuerit ante gradū signi ascendentis p
5. gradus vel infra: aut fuerint in. 10. vel. 11. aut in quarta vel quinta vel in sepri
ma in signo feminino aptetur hylech. Si aūt fuerit in aliquo istorum in signo
masculino non erit apta hylech si fuerit in die natiuitas. Si vero natiuitas fue
rit nocturna incipiamus a luna que si fuerit in aliquo predictorum locoꝝ: sm
qd prediximus erit apta hylech. Si autem luna non fuerit in eis aspiciens post
hoc ad solē. qui si fuerit ante gra. 7. per. 5. gra. vel infra: aut si fuerit in. 4. vel in
5. erit aptus vt sit hylech siue signū fuerit masculinū siue femininū si vero fuerit
ante ascendentem. 5. gradibus vel infra: aut in ascendente: vel in secundo signo
mas. aptabitur etiam hylech. Si autem fuerit in aliquo istoꝝ locorum in signo
feminino nō erit aptus hylech. Quod si luminariū aliquod non fuerit aptū hy
lech. Aspice post hoc natiuitatem: vtrum sit coniunctionalis aut preuentionalis
. i. vtrum sit post cōiunctionē vel preuentionem. Quod si fuerit natiuitas coniū
ctionalis ꝛ fuerit gradus coniunctionis in aliquo angulorum. vel in succeden/
ti angulo: erit in loco apto hylech. Si vero predictus gradus fuerit cadens ab
his octo locis idest ab angulis ꝛ a succedentibus angulis non erit hylech.
Aspiciens tunc gradum partis fortune: qui si fuerit in aliquo anguloruz vel in
succedentibus angulis: erit in loco apto hylech. Si vero cadens fuerit ab his
octo locis. Aspicies post hoc gradum ascendentis ꝛ constitues eum hylech. Si

vero natiuitas preuentionalis fuerit: incipies a gradu preuentionis. Aspiciesqꝫ eum sicut prius fecisti in gradu coniunctionis: ⁊ post ipsum gradum partis fortune post ipsum gra. ascendentis eo ordine quo prediximus in gra. coniunctionis. De sexu autem signorum non curabis. idest non aspicies vtrum sint signa illa masc. vel femi. nisi tantummodo in luminaribus hoc est in gradu coniunctionis vel preuentionis ⁊ ascendentis ⁊ partis fortune non consideres vtrum sint in masc. signis vel femi. tam in angulis q̃3 in succedentibus angulorum. sed hec quatuor tantum erunt: tunc apta hylech cum fuerint in his octo locis .i. .in angulis vel succedentibus eorum: si vero fuerint in locis recedentibus. idest cadentibus ab angulis non erunt apta hylech. Apparet itaqꝫ ꝙ sol sit hylech aptus in die ⁊ nocte super terram ⁊ sub terra in. 11. locis: super terram in. 6. locis: ⁊ sub terra in. 5. Luna quoqꝫ apta erit hylech in die ⁊ nocte super terram ⁊ sub terra similiter in. 11. locis super terraꝫ in. 5. ⁊ sub terra in. 6. ⁊ cum hoc si fuerit luna in his locis sub radijs solis non erit apta hylech. Aspiciens autem hylech in angulis ⁊ succedentibus eorum ſm ꝙ equantur. 12. domus circuli per gradus horarum ascendentis ſm ꝙ exponitur eius opus in canone planetarum. idest in libro cursuum planetarum. Cūqꝫ equaueris domos hoc modo omnis planeta qui fuerit ante gradum signi ascendentis vel cuiuslibet domus per. 5. gradus vel infra erit fortitudo eius valida in domo que ei succedit: ⁊ omnis locus ex locis que prediximus est aptus hylech: si aspexerit eum aliquis dominorum illius qui sit dominus domus: aut dominus exaltatiōis: aut dominus termini: aut triplicitatis: aut dominus faciei: ⁊ si non: non erit aptus hylech

De alcochoden.

Et ex hoc Alcochodē qui est significator vite: idest dominus annorum vel dans annos quem cum volueris scire ⁊ iam prenosti hylech eo ordine quem predixi: aspicies, dominum domus hylech: aut dominum exaltationis eius: aut dn̄m termini eius aut dn̄m triplicitatis: aut faciei eius quis horum fortior fuerit ⁊ autentior in loco hylech: ⁊ si aspexerit hylech erit dignior alcochoden. ꝙ si non aspexerit hylech qui fuerit pluris auctoritatis aspicias euꝫ qui fuerit auctoritatis minoris donec inuenias aliquem ex illis qui aspiciat: ꝙ si non aspexerit hylech non poterit ille locus esse hylech: ⁊ tūc queres ab alio hylech ⁊ iterum queres ab eodem secundo hylech alcochoden eo ordine quo prediximus: ꝙ si equales fuerint duo planete vel tres in auctoritate gradus hylech. ⁊ aspexerit vterqꝫ erit dignior alcochoden qui fuerit fortior loco. Si vero fuerint equales in fortitudine loci scilicet. vbi fuerint ipsi planete erit ille alcochoden qui propior fuerit gradui hylech. Quibusdam autem videbatur melius inspicere a domino domus qui si aspexerit hylech ponebant eum alcochoden ⁊ non considerabant alterum: ⁊ si non inuenissent dn̄m domus aspicientem hylech accipiebant dominū exaltationis quē si aspicere viderent hylech ponebant alchochoden eum ⁊ non considerabant aliū similiter faciebant de domino triplicitatis termini atqꝫ faciei per ordinē: ⁊ erat Dorothius preponens dn̄m termini in hoc domino domus. Et quidam dixerunt ꝙ si equales fuerint duo planete vel tres vel plures in dignitate: ⁊ in ꝓpinquitate aspectus gradui hylech ille erit alcochoden qui erit in loco laudabili a sole: idest qui fuerit cū sole in vno


gradu. per. 16. minuta. aut infra: vel propinquior gradui anguli: aut in initio ortus sui: idest cum mane apparuerit: aut fuerit in statione sua secunda: vel in aliquo esse scilicet laudabili a sole sicut prediximus ipse erit alcochoden. Si vero gradus Solis fuerit hylech: et fuerit in Ariete vel in Leone erit Sol hylech: et alcochoden simul et non considerabitur alius alcochoden preter eum similiter si fuerit gradus Lune hylech: et fuerit in Tauro vel in cancro habeto eam pro hylech et alcochoden: simul et non considerabis alcochoden alium preter eam.

Almutaz est qui preest natiuitati: abeo significat esse nati post hylech et alcochoden: et ipse planetis ceteris est pluris auctoritatis in ascendente et in locis luminariū atq; in loco ptis fortune i loco quoq; coniunctionis vel preuentionis que est ante natiuitatē. Quod si prefuerit aliquis planeta duobus locis aut tribus aut quattuor aut pluribus pre multitudine potestatis sue erit ipse almutam. idest auctor et significator vite post hylech: et alcochoden et per eum significatur esse nati: et quidem habent eum pro alcochoden ad dandum vitam.

¶ De profectione signorum.

se z in sexu. vbi gratia: thaurus z leo: thaurus est signū frigidū z siccū femininū
leo calidum z siccū masculinū. Et hanc repugnātiā inuenies in alijs suo mō. Et
ppter hoc crises in istis signis aliqñ fiunt ad salutem: z aliqñ ad mortem secun-
dum fortunarum vel infortunarum aspectum ad lunam. Deinde dicit ꝙ quod-
libet signum aspicit quintum ante se: z quintum post se: z hic aspectus dicitur tri
nus eo ꝙ tenet tertiam ptem circuli. s. 12. gra. Et vocatur hic aspectus amicicie
pfecte: qꝛ q̄libꝫ tria signa hoc mō distantia faciunt vnā triplicitatē z conueniunt
in naturis sicut fuit dictū in. c. immediate p̄cedenti: postea dicit: aspicit ēt quod
libet signū septimū a se. i. signū oppositum: z iste est aspectus perfecte inimicicie
rōne oppositionis. Est ois plāeta q fuerit in aliquo gradu alicuius signi aspicit
planeta exñtem in alio signo in cōsimili gradu eodē aspectu quo aspiciūt se illa
duo signa. Et auctor loquit̄ de gradibus zodiaci: sed ꝫm doctrinā Ptolemei ac
cipiunt̄ aspectus equinoctiali: iō pōt littera sic glosari. Et hoc intelligendum de
gradibus equinoctialis. verbi gratia: si fuerit aliquis planeta in ariete: z alter
in geminis z subtracte fuerint ascensiones circuli directi illius qui est in ariete
ab ascensionibus circuli directi illius qui fuerit in geminis si remanserint. 60.
gradus aspiciunt se aspectu sextili. Hoc modo intellige de alijs aspectibus.

Cum vero fuerit planeta. In hac parte auctor tāgit
proiectiones radioꝝ z ex-
pedit se breuiter dicens. Si fuerit aliquis planeta in aliquo signo proijcit radios
suos in consimili gradu signi: quod aspicit ipsum aliquo aspectu. verbi gratia:
si aliquis planeta in primo gradu arietis z in secūdo minuto proijcit radios su
os sextiles ad primum gradum geminoꝝ in secundo minuto eiusdem. Auctor ni
mis breuiloquus fuit in hoc capitulo. ideo oportet aliquantulum immorari circa
explanationem aspectum z proiectionem radiorum. Intelligendum est primo
ꝙ aspectus considerantur tribus modis. Uno modo ꝫm gradus equales: z se
cundum hunc modum auctor in littera locutus est de aspectibus z proiectioni
bus radiorum. Et vocant̄ gradus equale gradus zodiaci non ꝯsiderando ascen
siones. Secundo modo cōsiderantur aspectus secundū gradus equinoctialis in
circulo directo: z hoc modo Ptolomeus iubet accipere aspectus in. 60. propo
sitione centiloquij: vbi loqtur de causis dierū creticorū z hoc modo accipit̄ cōi-
ter aspectus in iterrogationibꝰ z reuolutionibus annoꝝ mūdi: z in multis alijs.
Tertio mō considerant̄ aspectus z piectiones radioꝝ ꝫm modum directionuꝫ:
z hoc modo accipiunt̄ in natiuitatibus. ¶ Intelligendum est iuxta capitulū de
aspectibus ꝙ aspectus accipiunt̄ tribus modis: z tot modis etiam accipiuntur
piectiones radioꝝ. Uno modo accipiuntur aspectus z piectiōes radioruꝫ secun
dum gradus circuli signoꝝ: ita ꝙ cōputant̄ gradus zodiaci qui sunt inter vnū
planetā z aliū: z iste est modus quem ponit auctor in lr̄a. Et hunc moduꝫ tenet
Abraham auenezre. Et dicit ꝙ quasi infinities est expertus ꝙ aspectus debent
accipi in zodiaco z non in equinoctiali: z hic modus est facilis valde. Et exēpli
ficatū fuit sufficienter de hoc in sniando litteraꝫ. Scd̄o mō accipiunt̄ aspectus in
equinoctiali ꝫm ascensiones circuli directi ꝫm quēadmodū iubet Ptolomeꝰ ac
cipere sicut dictum fuit sup lr̄am. Cū igit̄ ꝫm hunc modū volueris equare aspe
ctus querere ascensiones planete in circulo directo que incipiunt a capricorno:
z serua eas. Deinde eodem mō quere ascensiones gradus alterius planete i eo-
dem circulo directo: z serua eas. Deinde subtrahe ascensiones illius qui pro-

pinquior fuerit capricorno sm ordinem signoꝝ ab ascensionibus illius qui lon gius fuerit: ⁊ si remanserint. 60. gradus aspiciunt se aspectu sextili. Si reman serint. 90. gradus aspiciunt se aspectu quarto. Et si. 120. gradus remāserint aspi ciuut se aspectu trino. Pro aspectu autem opposito nō oportet querere ascensio nes. quia qn̄ duo planete opponuntur in zodiaco: opponuntur ⁊ in equinoctali. Iste modus facilis est ideo non oportet hic multū stare. Tertiꝰ aūt modus aspe ctuum ⁊ proiectionis radioꝝ est multum difficilis maxime nō exercitatis in cal culationibus. Intelligendū est primo circa hūc modū ꝙ ꝓiectio radioꝝ accipit sm ascensiones circuli directi qn̄ planeta cuius radios volumus proijcere est in medio celi vel in angulo terre. Et qn̄ est in gradu orientis: vel in gradu occiden tis accipitur sm ascensiones regionis siue orizontis obliqui sm tabulas factas ad illam regionem. Si autē nō fuerit planeta in aliquo quattuor hoꝝ locorum. sed in locis intermedijs tunc accipiuntur mixtim. Cum igitur volueris proijce re radios alicuius planete considera si planeta ille cuius radios vis proijcere sit in medio celi. vel in angulo terre: ⁊ tūc quere ascensiones illius gradus in cir culo directo super q̄s addas. 60. gradus si volueris radiationē sextilē sinistrā. s. illā que procedit sm ordinē signoꝝ a loco planete. Et gradus post additionē pro uenientes reduc ad gradus eq̄les in circulo directo sm doctrinā canonum pri mi mobilis: ⁊ gradꝰ zodiaci qui ꝓuenerit i illo sūt radij sextiles: ⁊ sic dixi d. 60. gradibꝰ pro radiatione sextili: ita intelligas de. 90. ꝓ radiatione q̄rta: ⁊ de. 120. ꝓ radiatione trina. Si aūt volueris radiationem dextrā. s. illā que ꝓcedit a loco planete versus occidentē subtrahe ab ascensionibus gradus planete. 60. gra. ꝓ radiatione sextili vel. 90. pro radiatione quarta: vel. 120. ꝓ raditione trina. Et numerum q remanet reduc an gradus eq̄les sicut prius ⁊ gradus zodiaci q exi uerit in illo sunt radij. Exemplū in radiatione sinistra pono ꝙ saturnus sit in angulo medij celi in fine sexti gradus virginis ascensiones illius gradus in cir culo recto sūt. 247. gradus. 48. minuta. volo habere radiationē sextilē addā ergo. 90. gradus: ⁊ ꝓuenient. 307. gradus. 48. minuta quos reducam ad gra dus equales in circulo directo: ⁊ exiunt. 10. gradus. 14. minuta. 14. secunda scorpionis. ibi sunt radij sextiles saturni sinistri in hoc casu. Exemplū in radia tione sextili dextra: subtraham ab ascensionibus ꝑdictis. 60 gradus: ⁊ remanēt 187. gradus: ⁊. 48. minuta. reducam ad gradus eq̄les in circulo directo. ⁊ exe unt. 7. gradus. 9. minuta ⁊. 15. secunda cancri. ibi ergo in ꝓposito sūt radij sexti les dextri Saturni. Si vero planeta cuius radios vis ꝓijcere sit in gradu orien tis quere ascensiones gradus planete ꝑ tabulā ascensionū circuli obliqui deser uientem tue regioni. Et si volueris radiationem sinistram adde super ascēsiones gradus planete. 60. gradus pro radiatione sextili. vel. 90. pro quarta radiatiōe: vel. 120. pro trina radiatione. Exemplū in radiatiōe sextili sinistra: pono ꝙ Iu piter sit in gradu orientis in fine. 10. gradus sagittarij ascensionis illius gradus in orizonte obliquo sunt. 275. gradus: ⁊. 27. minuta: ⁊ volo habere radiationē sextilē sinistrā addā sup ipsos. 60. gradus ⁊ prouenient. 335. gradus ⁊ minuta. 27. quos reducam ad gradus equales in circulo obliquo ⁊ exeunt. 12. gradus. 44. minuta. 12. secunda aquarij ibi ergo sūt radij sextiles Iouis. Exemplū in radiatione sextili dextra subtrahā ab ascensionibus gradus Iouis. 60 gradus ⁊ manent. 215. gradus. 27. minuta. reducam ad gradus equales ⁊ exiūt. 25. gra dus. 54. minuta. 50. secunda libre. ibi sunt radij sextiles Iouis. Si vero pla-

neta fuerit in gradu occidẽtis operaberis cum gradu opposito. s. accipies ascen-
siones nadir gradus planete in horizõte obliquo: ⁊ facies penitus eodẽ mõ quo
dcm̃ est. Sed post q̃ reduxeris ad gradus eq̃les loc⁹ radioꝝ est loc⁹ opposit⁹ il
lius loci quẽ inuenis. Et vt clarius pateat ponã in hoc exemplũ. Pono ꝙ Iu-
piter sit in gradu occidẽtis in fine. 10. gra. sagittarij: querã ascensiones. 10. gra. ge
minoꝝ ⁊ inuenio. 41. gradus. 9. minuta. addã. 60. gradus ꝓ radiatiõe sextili: ⁊
ꝓueniunt. 101. gra. 9. minuta reducã ad gradus eq̃les in horizonte obliquo: ⁊
exiũt. 2. gradus. 30. minuta. 45. secunda leonis. sunt ergo radij in opposito isti⁹.
s. 2. gradu 30. minuta. 45. secunda aquarij. Si aũt planeta cuius radios vis ꝓ
ijcere nõ fuerit in aliquo locorũ dictoꝝ. tũc opꝫ accipere radiatiõe mixto modo
ꝺm ꝓportionẽ distãtie gradus planete inter vnũ angulũ ⁊ aliũ. Modus autẽ
est iste si planeta cuius radios vis proijcere fuerit inter medium celi ⁊ gradum
ascendentem: accipe primo ascensiones gradus medij celi quas subtrahe ab ascẽ
sionibus gradus planete in circulo directo: ⁊ qḋ remanet est distantia a medio
celi quam serua. Deinde super ascensiones gradus planete in circulo directo
90. gradus adde pro radiatione sextili vel. 90. pro radiatione. 4. vel. 120. pro tri-
na: ⁊ quod ꝓuenerit reduc ad gradus equales in circulo directo: ⁊ quod proue
nerit serua. ⁊ vocetur radiatio circuli directi. Deinde quere ascensiones gradus
planete in horizonte obliquo p tabulã regionis tue sup q̃s adde sil'r. 60. gradus
pro radiatione sextili vel. 90. pro. 4. vel. 120. pro trina: ⁊ qḋ ꝓuenerit reduc ad
gradus equales per tabulas tue regionis: ⁊ qḋ exiuerit serua: ⁊ vocet radiatio
regionis. Deinde vide differentiam inter radiationem circuli directi ⁊ radiatio
nem regionis: quã differentiã multiplica per distãtiã gradus planete a medio
celi ⁊ productũ diuide per medietatem arcus diurni gradus planete. ⁊ ꝓueniet
pars ꝓportionalis quam adde super radiationẽ circuli directi. si radiatio circu
li directi fuerit minor radiatione regionis ⁊ subtrahe ab ipsa si fuerit maior. ⁊
quod ꝓuenerit erit locus radiorũ. Medietatẽ autẽ arcus diurni gradus planete
inuenies subtrahẽdo ascẽsiones gradus planete in circulo obliquo ab ascensio
nibus eius nadir ⁊ mediãdo illud. Posset etiã alio mõ inueniri pars ꝓportiona
lis dr̃ie duaꝝ rationũ. s. ꝙ acciperet sexta pars dr̃ie ⁊ multiplicaret per horas di
stantie planete a medio celi. Sed hic modus est magis tediosus q̃ primus: quia
oportet secundũ hunc modum diuidere distantiam gradus planete a meridie
per partes horarũ gradus planete ad hoc ꝙ inueniant hore distantie a meridie.
Consulo primũ modum. Exẽplum in hoc pono ꝙ gradus medij celi sit. 20. gra
dus leonis completus a saturnus sit in sexto gradu virginis completo. Que-
ram distantiam saturni a medio celi per ascensionis circuli directi. Et inuenio
in distantia. 15. gradus. 22. minuta. seruabo itaq; eam. Deinde subtrahã ascen
siones gradus Saturni in circulo obliquo ab ascensionibus gradus oppositi.
Et remanent. 201. gradus. 20. minuta q est totus arcus diurnus Saturni quẽ
diuidã per mediũ. ⁊ veniũt. 100. gradus. 40. minuta qui est medietas arcus di
urni Saturni: seruabo itaq; eũ. Deinde queram ascensiones gradus saturni in
circulo directo ⁊ inuenio. 247. gradus. 48. minuta quibus addã. 60. gradus:
q? volo radiationẽ sextilẽ finistram. ⁊ ꝓuenient. 307. gradus. 48. minuta quos
reducã ad gradus eq̃les i circulo directo: ⁊ iuenio. 10. gradus. 14. minuta. 14. ꝟa
scorpiõis. ⁊ hec est radiatio circuli directi. Deinde queram ascensiones gradus
saturni in circulo obliquo in regione cuius latitudo est. 48. gradus Et inuenio.

147.gradus.11.minuta qbus addā.60.gradus:⁊ ꝓueniūt.207.gradus.11.minuta.quos reducam ad gradus equales in circulo obliquo ⁊ inuenio. 19. gradus.51.minuta.14.secunda libre. ¶ Uideo ꝙ radiatio circuli directi est maior quam radiatio regionis subtrahā minorē de maiori iuenio in dr̄ia.20.gradus. 22.minuta quam reducam ad idē genus:⁊ ꝓueniunt.1222.reducā ēt distantiaꝫ saturni a medio celi ad idem genus distantia fuit.15.gradus.22.minuta reducā ad idem genus.s.920.minuta multiplicabo drīam per distantiā ⁊ proueniunt. 1126684.secunda. Deinde reducam medietatē arcus diurni saturni ad ideꝫ genus. Medietas arcus diurni fuit.100.gradus.40.minuta reducta ad idem genus. 6040. proueniunt minuta per que diuidam numerū qui ꝓuenit ex multiplicatione. Et exiunt tres gradus. 6.minuta.32. s̄a quos subtrahā a radiatione circuli directi: qr illa fuit maior ⁊ remanēt septē gradus.7.minuta.42.scd̄a scorpionis. ibi sunt radij saturni sextiles sinistri in casu proposito. ¶ Si aūt volueris radiationem dextram vbi precepi addere.60. gradus subtrahe. 60.⁊ operaberis sicut prius. Si vero gradus planete cuius radios vis proijcere fuerit inter gradum ascendentem ⁊ angulum terre vide longitudinē eius a gradu ascēdente quā scies hoc modo. Subtrahe ascensiones gradus ascendentis in circulo obliquo ab ascensionib⁹ gradus planete in eodē circulo obliquo. Et hoc si volueris radiationem sinistram ⁊ qd̄ remanserit erit distātia planete a gradu ascēdēte serua eē. Deinde quere medietatem arcus nocturni gradus planete quem scies hoc mō:subtrahe ascensiones nadir gradus planete ab ascensionib⁹ gradus planete:⁊ remanebit totus arcus nocturnus quē media ⁊ h̄ns medietatē. His itaqꝫ seruatis quere ascensiones gradus planete in circulo obliquo ꝑ tabulaꝫ factā ad latitudinē tue regiōis quib⁹ adde.60.ꝓ radiatiōe sextili ⁊c̄.⁊ qd̄ ꝓuenit reduc ad gradus equales in circulo obliquo ⁊ vocetur radiatio circuli obliqui. Deinde quere ascensiones gradus planete in circulo directo: quibus adde. 60. gradus pro radiatione sextili ⁊ cetera: ⁊ ꝙ prouenerit reduc ad gradus equales in circulo directo.⁊ quod prouenerit serua ⁊ vocetur radiatio circuli directi. Deīde vide differentiam īter radiationē regionis ⁊ circuli directi. subtrahendo minorem a maiori.quā differentiam multiplica ꝑ distantiam planete a gradu ascendente. Et productum diuide per medietatem arcus nocturni gradus plāete ⁊ exibit ps ꝓportionalis quā adde cū radiatione regionis si fuerit minor radiatiōe circuli directi:vel subtrahe a radiatione regionis si illa fuerit maior radiatiōe circuli directi. Et qd̄ post additionē vel subtractionem ꝓuenerit loc⁹ erit radiorꝫ. Exemplum in hoc pono ꝙ gradus ascendēs sit.18.scorpiōis.⁊ Jupiter sit ī.10.sagittarij q̄ram ascensiōes grad⁹ ascendentis in orizōte.48.graduū.⁊ iuenio.245. gradus.55.minuta. Deinde queram ascensiones gradus Jouis in eodē orizonte obliquo.⁊ inuenio.275.gradus.27.minuta.subtrahā ascensiones gradus ascendentis ab asensionibus gradus Jouis:et remanent.29.gradus.32.minuta que est distantia Jouis ab ascendente. Deinde subtraxi ascensiones gradus oppositi Jouis ab ascensiōibus gradus iouis:et residuū mediaui.⁊ inueni.117.gra. 9.minuta que est medietas arcus nocturni gradus iouis. Deinde addidi ascensionibus iouis.60.gradus et ꝓuenerunt.335.gradus. 27. minuta quos reduxi ad gradus equales in circulo obliquo: ⁊ inueni. 17. gradus. 45. minuta aquarij. Et hec est radiatio regionis:seruaui itaqꝫ eam. Deinde quesiui ascensiones gradus iouis in circulo directo:et inueni.338.gradus.21.minuta quibus addi-

di.60.gradus: ꝛ puenerunt.398.gradus.21.minuta.subtraxi vnam reuolutionē: scilicet.360. gradus ꝛ remanserunt.38.gradus.21.minuta quos reduxi ad gradus equales in circulo directo ꝛ inueni.50. gradus 57.minuta aquarij: ꝛ hec est radiatio circuli directi. Deinde subtraxi minorem radiationem de maiori ꝛ inueni in differentia.6.gradus.48.minuta quam differentiam multiplicaui per distantiam iouis ab ascendente: ꝛ diuisi per medietatem arcus nocturni ꝛ inueni in parte proportionali.1.gradum.42. minuta.47.secunda. quam subtraxi a radiatione regionis: quia illa fuit maior. Et remanserunt post subtractionē.11. gradus.2.minuta.13.secunda aquarij: ꝛ ibi est locus radiorum iouis. Si autem velles proijcere radios versus dextrum. tunc deberes videre distantiam gradus planete ab angulo terre per ascensiones circuli directi quam inuenies subtrahēdo ascensiones gradus planete in circulo directo ab ascensionibus anguli terre in circulo directo. Et tunc partem proportionalem duarum raditionum deberes addere radiationi circuli directi si illa esset minor radiationem regionis: vel subtrahere si esset maior. In nullo alio differt opus nisi ꝙ vbi precepi addere ascensionibus.60.gradus.ꝛc. debes subtrahe.60.ꝛc. ¶ Si autem gradus planete cuius radios vis proijcere: fuerit inter gradum occidentis ꝛ gradum.10. domus operaberis cum gradu oppositio planete recte per eandem viam: sicut iam dixi inter ascendens ꝛ angulum terre. quādo enim gradus planete est inter gradum occidentis ꝛ medium celi eius oppositus gradus est inter ascendētes ꝛ angulum terre. Et tantum distat gradus oppositus planete ab ascendente quantū gradus planete a gradu occidentis. ideo eadem est operatio: nec plus nec minus. Sed postq̄ compleueris operationem locus radiorum est locus oppositus illius loci quem inuenisti sicut tibi exemplificaui: quando planeta est in gradu occidentis. Si autem contingat sicut sepe contingit ꝙ gradus planete sit ante angulum: ꝛ locus vbi cadunt radij sui sit vltra angulum: verbi gratia: sicut locus planete sit inter medium celi ꝛ ascendens. ꝛ radij cadunt vltra ascendens. s. inter ascēdens ꝛ angulum terre. Iste casus quasi frequenter contingit in radiatione trina: ꝛ multotiens in quarta: ꝛ aliquando in sextili. Modus est iste si locus planete cuius radios vis proijcere sit interr medium celi ꝛ ascendens ꝛ radij sui debeant cadere vltra ascendens: vide distantiam planete a medio celi per modum prius dictum: ꝛ vide medietatem arcus diurni gradus planete per modum prius dictum: ꝛ serua vtrunq̄. s. distantiam ꝛ medietatem arcus diurni. Deinde queras ascensiones gradus planete in circulo directo. Quere etiam ascensiones gradus ascendentis in eodem circulo directo. Deinde subtrahe ascensiones gradus planete ab ascensionibus gradus ascendentis. Et quod remanserit serua: ꝛ vocetur pars radiationis circuli directi. Deinde quere ascensiones gradus planete in circulo obliquo. ꝛ quere ascensiones gradus ascendētis in circulo obliquo: ꝛ subtrahe ascensiones planete ab ascensionibus gradus ascendentis: ꝛ quod remanserit serua ꝛ vocetur pars radiationis regionis. Deinde subtrahe partē radiationis minorem a maiori ꝛ remanet differentia q̄ multiplica per distantiam planete a medio celi ꝛ productum diuide per medietatē arcus diurni gradus planete ꝛ pueniet ps pportionalis q̄ adde pti radiatiōis circuli directi si fuerit minor pte radiationis regionis vel subtrahe si fuerit maior: ꝛ ꝙ puenerit erit pars radiatiōis equata: que pars si fuerit minor.60.gradibus radij sextiles cadunt vltra angulum ascendentis si fuerit maior cadunt ante angulū. Et si hec

pars · 1ª · con·

ps fuerit minor. 90. gradibus radij quarti cadūt vltra angulū. si maior cadūt ante angulum. Et si hec pars fuerit minor. 120. gradi. sicut est quasi frequēter cadunt radij trini vltra angulum si fuerit maior. 120. cadunt ante angulū. Si igitur cadant radij vltra angulum subtrahe ptem radiationes equatā a 60. gra. pro radiatione sextili vel a. 90. pro radiatione quarta. vel a. 120. pro radiatione trina: & quod remanserit adde super ascensiones gradus ascendentis i circulo obliquo & quod prouenerit reduc ad gradus equales in circulo obliquo & gradus signi qui exierit erit locus radiorum. Si sciueris istam operationem scies dirigere planeta existentem in vna quadra ad locum existentem in illa quadra. Hūc modum non vidi expositum nec positū aliquo libro. ¶ Ut planius pateat qd dixi ponam in hoc exemplum. Pono q gradus medij celi sit. 20. gra. cancri & saturnus sit in quarto gradu virginis: & gradus ascendens in orizonte obliquo in regione cuius latitudo est. 40. gradus sit. 7. gradus. 59. minuta libre. Quesiui ascensiones gradus medij celi in circulo directo & inueni. 190. gra. 53. minuta. Deinde quesiui ascensiones gradus saturni in circulo recto & inueni. 245. gradus. 55. minuta. Subtraxi ascensiones medij celi ab ascensionibus gra. saturni & remanserunt. 55. gradus. 2. minuta: que est distantia saturni a medio celi. Deinde subtraxi ascensiones gradus saturni in circulo obliquo ab ascensionibus gradus oppositi in eodem circulo obliquo & remanserunt. 203. gra. 3. minuta. & hic fuit arcus diurnus gradus saturni quem mediaui & inueni. 101. gradus. 31. minuta. 30. scd'a que est medietas arcus diurni gradus saturni. Subtraxi ascēsiones gradus saturni in circulo dirceto que fuerunt. 245. gra. 55. minuta ab ascensionibus gradus ascendentis in eodem circulo directo que fuerunt. 277. gra. 19. minuta & remanserunt. 31. gra. 24. minuta. que fuit pars radiationis circuli directi. Deinde subtraxi ascensiones gradus saturni in circulo obliquo q fuerunt. 144. gra. 277. minuta. ab ascensionibus. gra. ascendentis in eodē circulo obliquo que fuerunt. 190. gra. 53. minuta: & remanserunt. 46. gra. 26. minuta que fuerunt pars radiationis regionis siue circuli obliqui. vidi quod pars radiationis circuli obliqui fuit maior parte radiationis circuli directi. Subtraxi ergo minorum de maiori & remanserunt. 15. gradus. 2. minuta que fuit differentia duarum partium quam multiplicaui per distantiam saturni a medio celi & diuisi per medietatem arcus diurni. gra. saturni. & exiuerunt. 8. gra. 8. minuta. 59. s'a & hec fuit pars proportionalis differentie quam addidi supra partē radiationis circuli directi & prouenerunt. 39. gra. 32. minuta. 59. secūda. Isti sunt gradus ascensionum qui fuerunt in figura a saturno vsq ad gradum ascendentem: & quia fuerunt pauciores qz. 60. sciui q radij sextiles saturni in hac figura ceciderunt vltra gradum ascendentem. Subtraxi ergo hos gra. a. 60. pro radiatione sextili. & remanserunt. 20. gradus. 27. minuta. 1. s'm quos addidi super ascēsiones gra. ascendentis in circulo obliquo qui fuerunt. 190. gra. 53. minuta: & prouenerunt. 211. gradus. 20. minuta quos reduxi ad gradus equales in circulo obliquo & inueni. 12. gra. 54. minuta. 52. secunda libre. ibi fuerunt radij sextiles saturni in propositio exemplo s'm hunc modum debet fieri in alijs angulis. Et hec de radiationibus sufficiant.

Habent etiam quinq planete in vno quoq signo terminos. Prius auctor determinauit de tribus dignitatibus

essentialibus planetarum. In ista parte auctor determinat de quarta dignitate essentiali quam habent planete in signis. Et diuiditur in duas partes: quoniam in prima parte ponit terminos planetarum. In secunda parte soluit quādam controuersiam que est inter aliquos de triplicitatibus ⁊ terminis. Secunda pars incipit ibi. Quidam preponuntur. Prima pars diuidi potest in duas partes: ita ꝙ primo incipit tractare de terminis planetaruꝫ lr̄aliter. Secūdo ponit tabulam de ipsis terminis. Secūda incipit ibi: ⁊ pp diuersitatē eorūdē. Dicit primo ꝙ quinqꝫ planete .s. Saturnus: Jupiter: Mars: Venꝰ: ⁊ Mercuriꝰ: hñt terminos dispositos per diuersos gra. Et pͥmus terminꝰ ē Jouis a pͥncipio arietis vsqꝫ ad finē sexti gra. eiusdē. Et a principio septimi gra. eiusdē arietis vsqꝫ ad finē .12. est terminus Veneris. Et a pͥcipio .13. gra. vsqꝫ ad finē. 20. est terminus Mercurij. Et a principio .21. vsqꝫ ad finē. 25. est terminus Martis. Et a pͥncipio. 26. vsqꝫ ad finē Arietis est terminus Saturni. Postea dicit. ⁊ qꝛ isti gradꝰ sūt diuersi: ita ꝙ non vadunt equaliter nec ſm ordinē planetarum graue esset eos tenere in memoria: ideo posuit eos eo in tabula secundum ꝙ videtur in littera.

Quidaꝫ preponunt triplicitates terminis.

Hic soluit q̄ꝫdā ꝯtrouersiā q̄ est inter sapientes de triplicitatibus ⁊ terminis. Et dicit quidam preferunt triplicitates terminis. Et quidam preferūt terminos triplicitatibus. Soluit istam ꝯtrouersiam ⁊ dicit ꝙ dñi triplicitatū sūt fortiores q̄ꝫtum ad nutritionem puerorū: qꝛ in natiuitatibꝰ significāt nutritionē ⁊ ab eis accipitur significatio: vtrū puer sit vitalis aūt non. Dñi aūt terminorum sunt fortiores in directione: qꝛ dum dirigitur gradus ascendens alicuiꝰ natiuitatis dirigit̄ ad terminos fortunarum ⁊ infortunaruꝫ. ⁊ dñs termini illiꝰ vocat̄ diuisor vel dispositor q̄ꝫdiu durat directio in illo termino: ⁊ si fuerit ibi aliquis planeta vel radij eius erit particeps. De hoc diffusiꝰ dicet̄ in sequentibꝰ dño ꝯcedente. ¶ Notādū est hic de terminis ꝙ discordia fuit inter sapientes antiquos de terminis. Et fuerūt tres opiniones famose de terminis. quaruꝫ vna fuit indoꝝ. alia egyptioꝝ. tertia caldeoꝝ. Ptolemeus i. 218. propositione pͥme ptis q̄dripartiti magis approbat terminos egyptiorum ⁊ dicit se inuenisse vnū librum de terminis antiquū qui p̄ vetustate erat pro maiori parte factꝰ. Et ille cōcordabat cū terminis egyptioꝝ. ⁊ ī illo libro summa graduum terminoꝝ cuiuslibet planete erat tantꝰ quantꝰ numerus annoꝝ suorum maiorū quos dant in natiuitatibꝰ. Verbi grā: āni maiores saturni sunt. 57. anni. Jouis. 79. Martis. 66. Veneris. 82. Mercurij. 76. ⁊ omnes isti collecti faciunt. 360. Si volueris hoc experiri cōputa gradus omnium terminorum alicuius planete: verbi grā: Jouis. ⁊ inuenies numerum annoꝝ suorū scilicet. 79. ⁊ sic de alijs. Haly in commento. 206. ꝓpositiōis pͥme ptis q̄dripartiti dicit. Illi de egypto fuerunt sapientes magici qui fuerunt ab antiquo tp̄e. nam isti fuerunt studij ⁊ exercij magni in scientijs ⁊ sapientijs oībus de q̄bus hō se iuuare pōt. Et scimus hoc per chronicas sapientum antiquoꝝ ſm ꝙ loquebantur de ipsis ⁊ per ea que de suis operibus remanserūt a multis milibꝰ annorum vsqꝫ ad hodiernam diē. Tū ego dico illud ꝙ ego vidi de vna experientia q̄ꝫ inueni in loco qui dictus est oculus solis: quia in modico tp̄e miracula magna vidi hec sunt verba Haly. de experientia autem tacet. In centiloquio in commento illius propositionis vultus huius seculi. dicit vnam experientiam de sigillo scorpionis facto in lapide ſm ꝙ pōt ibi videri: ⁊ q voluerit videre ibidem videat

pars . 1a . com.

Facies autem signorum. Hic determinat de quinta dignitate et ultima essentiali quam habent planete in signis que vocatur facies. Et potest dividi in tres partes: quoniam in prima parte ponit divisionem et ordinationem facierum. In secunda parte docet invenire facies per numeros. In tertia parte ponit de eis tabulam. Secunda pars incipit. Cum habueris gradus in aliquo signo. Tertia est in fine ubi ponit tabulam. Dicit quod quodlibet signum dividitur in tres partes equales que vocantur tres facies et quelibet facies est ex. 10. gradibus: Et incipiunt iste facies a principio arietis et procedunt secundum ordinem signorum et planetarum. ita quod prima facies est martis. scilicet primi. 10. gradus. secunda facies arietis. scilicet. 10. gradus sequentes sunt solis qui succedit marti in ordine sphaerarum. tertia est veneris que succedit soli. Et prima facies tauri est mercurij que succedit veneri. Secunda lune que succedit mercurio. Tertia saturni. Et prima geminorum Jovis. et sic secundum hunc ordinem usque ad finem signorum. Postea docet invenire per numeros cuius planete sit aliqua facies. Et dicit cum habueris gradum alicuius signi et volueris scire cuius planete facies sit in illo gradu computa numerum signorum a principio arietis usque ad principium signi propositi: et multiplica illum numerum per tres: et cum numero producto adde facies completas signi propositi: verbi gratia: si transiverint. 10. gradus completi adde unitatem. Si. 20. completi adde duo. Deinde a toto numero subtrahe. 7. quotiens poteris: et quod remanserit computa a marte secundum ordinem planetarum. et ubi numerus finitus fuerit sequens planeta est dominus faciei quesite: verbi gratia: pono quod habeam. 15. gradus leonis volo scire cuius facies sit. 15. gradus leonis scio quod a principio arietis sunt. 4. signa completa. multiplicabo ergo. 4. per. 3. et erunt 12. Et scio quod de leone transivit una facies completa. ideo addam unum et erunt. 13. facies complete a principio arietis. subtraham inde septem et remanent. 6. dabo primam unitatem marti. secundam soli. tertiam veneri. quartam mercurio. quintam lune. sextam saturno. Erit ergo facies sequens que non fuit completa. Jovis. Postea ponit tabulam cuius opus facile est. Queres enim nomen illius signi cuius dominum faciei queris et invenies in directo quis sit dominus prime faciei et quis secunde et quis tertie.

Et quia auxiliante deo. Postquam auctor determinavit de dignitatibus planetarum in signis. In ista parte determinat de fortitudinibus quas habent in istis dignitatibus. Et potest dividi in duas partes: quoniam in prima parte ostendit quot fortitudines habeat planeta in qualibet dignitate. In secunda parte comparat istas dignitates ad res sensibiles. secunda est ibi. unde quidam de hac re. Prima pars potest dividi in duas. quoniam primo continuat se ad dicenda. secundo prosequitur ibi: nam dominus domus. Dicit quia adiuvante deo complevit de dignitatibus planetarum in signis: modo vult ostendere quot fortitudines habeat quelibet in ipsis dignitatibus. Postea dicit quod dominus domus habet quinque fortitudines. dominus exaltationis habet quattuor. dominus triplicitatis habet tres. dominus termini duas dominus faciei unam. Postea replicat illam controversiam de terminis. Et ponit comparationem in dignitatibus planetarum dicens quod quidam de dignitatibus planetarum fecerunt talem comparationem quod planeta existens in sua domo est similis viro existenti in domo atque dominatione sua. Et planeta in exaltatione sua est similis viro in regno atque gloria sua et patet in littera. ¶ Ex ista littera potest notari si aliquis planeta patiatur magnum infortunium in domo vel ex

altatione sua hoc est multum detestabile: sicut multũ eẽt detestabile si rex vinceretur in proprio regno suo et in fortiori loco regni sui. Ideo qñ luminaria eclypsant in proprijs domibus vel exaltationibus suis hoc est malum signum.

SEquuntur has figure signorũ.

Prius auctor determinauit de dignitatibus planetarũ in signis et de fortitudinibus quas habent in istis dignitatibus. In ista parte determinat de figuris siue formis ipsorũ signorũ hoc est ostẽdit nobis que signa hñt formas humanas. et que hñt formas aliorum animaliũ et manet indiuisa. Dicit quod quedã signa dicũtur rationalia. s. illa quorum imagines sunt figurate ad imagines hominum. Et illa sunt gemini virgo aquarius libra et medietas prima sagittarij. et ista dicuntur habentia pulchras voces. Et virtus eorum est maior cum fuerint in oriente. Et quedam ex signis dicuntur habentia halas scilicet gemini virgo et piscis. Quedam ex eis dicuntur quadrupedia. s. sagittarius leo aries taurus et capricornus. Et eorum quedam sunt domestica. s. illa que sunt figurata secundũ figuras animalium domesticorum. Et hec sunt aries taurus et capricornus. Et eorum virtus magis apparet cum fuerint in meridie. Virtus autem vgirinis capricorni et aquarij magis apparet cum fuerint in septentrione. Et quedam ex signis videntur vitiosa et turpia et tortuosa scilicet aries taurus cancer scorpius et piscis, et virtus eorum magis apparet in occidente. Quedam vero sunt sterilia scilicet gemini leo virgo. Et quedam dicuntur habentia paucos filios scilicet aries taurus libra sagittarius capricornus et aquarius. Et quedam ex his signis sunt multum luxuriosa. s. aries et taurus leo et capricornus. Et quedam dicuntur multum filiorum scilicet cancer scorpius et piscis. Et quedam ex signis dicuntur habentia dimidiam vocem: illa scilicet que habent vocem animalium balantium rugientium et mugientium. vt aries taurus leo capricoenus et vltima pars sagittarij. Quedam ex signis dicuntur carentia omnino voce scilicet illa que figurantur secundum imagines animalium carentium voce: vt cancer scorpio et piscis. Haly abenragel breuiter expedit se de formis signorum dicens. Signorum alia sunt in forma hominum. Alia i forma bestiarum. Alia in forma bestinglorum. Alia in forma reptibilium. Que sunt in forma humana sunt gemini libra aquarius virgo. In forma bestiarum aries thaurus capricornus et sagittarius. In forma bestinglorum. i. animalium rapatium leo. In forma reptilium cancer scorpio et piscis.

ET vnũ quodq̃ signorum habet

propriam significationem. Prius auctor determinauit de figuris signorum. In ista parte ostendit nobis quid habent signa ex membris hominum: et ex regionibus et ex planetis. Et potest diuidi in duas partes: quoniam in prima parte facit quod dictum est. In secunda determinat de doloribus planetarum in signis. Secunda incipit ibi. Et siquidem planete significauerint dolorem. Prima potest diuidi in. 12. partes secundum q̃. 12. sunt signa. Clarũ est quod dicit in littera excepto q̃ nomina regionũ nõ sunt nobis nota. ¶ Notãdum est hic q̃ Ptolemeus diuidit totam terram habitabilem in quattuor partes. Et secundum diuisionem Ptolomei imaginari potest vna linea transiens

ab oriente occidente per medium habitationis ita quod ista linea diuidat partem meridionalem a septentrionali. Et dicit Haly ꝛ ista linea distat ab equinoctiali per.36.gradus.ꝛ secundũ hanc diuisionem distat ab vltima habitatione in septentrione per.30.gradus vel circa: ita quod tota latitudo contineat.66 gradus. Et tanta est distantia equinoctialis vsq; ad circulum arcticum: immo est. 66.gradus.26. minuta: ꝛ.30.secunda. Ideo dicit Haly vel circa. Et dicit quod in fine istius linee versus occidentem est passagium herculis. Et hoc est vnde transitur in hispaniaz ꝛ est mare ibi strictum quod existens in vno littore potest videre existentem in alio. Et sunt ibi tres insule quarũ vnam vident transeuntes in hispaniã p terrã occidentis. Et stat in ea idolũ tenens in manu claues ad demonstrandũ ꝙ vltra locum illũ non sit habitatio. Et in qualibet duarum aliarũ insularũ stat idolũ ſm eundẽ modũ. Et in parte orientali in fine linee ꝑdicte stant idola eodem modo tenentia claues ꝛ demonstrantia quod non sit vltra illum locum habitatio versus orientem. Dicit Haly ꝙ Hercules posuit ista idola in signum ꝙ ipse acquisiuerat totum mundum. Longitudo linee predicte secundũ ꝙ dicit Haly est.180.graduũ. His visis secundũ sniaz Ptolemei imagineť ista linea diuidi p medium ita quod remaneant.90.gradus versus orientẽ: ꝛ alij.90. versus occidentẽ. Et imaginetur transire vna linea per polos mundi per mediũ diuisionis linee supradicte. ita videlicet ꝙ transeat per medium terre habitabilis secundũ latitudinem. Prima autẽ linea dicebatur transire per medium terre habitabilis secundũ longitudinẽ. Patet itaq; ꝙ due linee supradicte que diuidunt totam terrã habitabilẽ in quattuor partes coniunguť in loco intersectionis linearum qui est punctus in medio terre habitabilis. Hac diuisione intellecta facile est videre sententiã. Ptolemei in partitione signorũ ꝛ terrarum. Dicit itaq; Ptolemeus ꝙ hec tria signa aries leo ꝛ sagittarius que faciunt primã triplicitatem ꝑtinẽt ad quartã partẽ terre habitabilis que est inter septẽtrionẽ ꝛ occidens ꝛ illã quartã gubernat Jupiter eo ꝙ est septẽtrionalis: ꝛ mars hꝫ participationẽ cũ eo: qꝛ ꝑtinet ad partem occidentalem. Et tria signa triplicitatis secunde.s.taurus virgo capricornus pertinent ad partẽ que est inter meridiẽ ꝛ oriens ꝛ gubernat ipsam venus: qꝛ est meridionalis ꝛ hꝫ participationẽ cũ ea saturnus: qm̃ ad partẽ orientalẽ pertinet. Et tria signa triplicitatis tertie.s.gemini libra ꝛ aquarius ꝑtinent ad parteꝫ que est inter oriens ꝛ septẽtrionem: ꝛ gubernat ipsam saturnus eo ꝙ pertinet ad oriens ꝛ hꝫ participationẽ cũ eo Jupiter eo ꝙ pertinet ad septentrionem. Et tria signa triplicitatis quarte.s.cancer scorpio ꝛ piscis pertinent ad partem que est inter meridiem ꝛ occidens.ꝛ gubernat ipsam mars: qꝛ pertinet ad occidens. ꝛ habet participationẽ cũ eo venus. Ex predictis poterit quilibet coniecture ad quod signum pertineat quilibet terra. Sciet enim per longitudinem ꝛ latitudinem regionis de qua quarta sit. Uerbi gratia: omnis terra cuius latitudo est maior.36. gradibus.ꝛ longitudo eius ab occidente minus.90.gradibus fuerit est de quarta septentrionali occidentali ꝛ sic de alijs suo modo. Cognita igitur quarta ĩ qua est terra tua scis quod vnum signum ex tribus signis triplicitatis illius quarte respicit illam terram ꝛ poteris scire quod ex illis tribus respiciat eam per mores ꝛ consuetudines hominum habitantiũ in ea. Uerbi grã: scis ꝙ terra xp̃anorũ est in parte septentrionali occidentali scio quod aries leo ꝛ sagittarius dominatur sup ipsam. Et si velim scire supra q̃ꝫ ꝑtẽ eius dñatur quodlibet istorũ signoꝝ respicio ad mores ꝛ conditiões hominũ cũ qbus signis magnis concordãt. Cõstat

autē ꝙ romani sunt famosiores ⁊ nobiliores istius quarte: ⁊ ideo cōuenit vt at-
tribuatur eis signū nobilius inter hec tria. ⁊ hoc est leo domus solis. Constat etiā
ꝙ almani sunt homines iracundi ⁊ furiosi de natura martis: ⁊ ideo conuenit vt
attribuatur eis aries domus martis. Constat etiam ꝙ hispani sunt boni milites
exercicij magni in armis: ideo conuenit vt attribuat̃ eis sagittarius qđ est signū
militiarū ⁊ bellorum. Et hāc partitionē ponit Ptolemeus in littera in scđa par-
te quadripartiti. Dicit enim sic ⁊ prouincie cū ariete cōcordantes sunt terra bri
tannie ⁊ terra de salacia. Credo ꝙ deberet dici de scalauia ⁊ germania. Et q̄ con-
cordant cū leone sunt: italia: gallia: apulia: ⁊ cecilia. Et Haly dicit ibi: ꝙ hi sunt
termini rome. Et q̄ cōcordant cū sagittario sunt terre de turcia calciata ⁊ hispa-
nia. De partitiōe alioꝝ signoꝝ cum alijs terris paꝝ curo. Quia nec noīa eaꝝ nec
ꝯditiones hoīuꝫ sunt mihi nota nec faceret mihi aliquā vtilitatē hoc scire. ¶ Si
qs āt cognoscat eas ⁊ voluerit in eis morari applicet ſm modū dcm̄ in tribus si
gnis ꝓdictis. Dicit abrahā auenezre ꝙ primū clyma est capricorni ⁊ aq̄rij: ⁊ gu
bernator eius est saturnus. Scđm clyma est sagittarij ⁊ piscis ⁊ gubernator eiꝰ
est Jupiter. Tertiū clyma est scorpij ⁊ arietis ⁊ gubernator eius ē Mars. Quar-
tum est leonis ⁊ gubernator eius est sol. Quintum clyma est thauri ⁊ libre ⁊ eius
gubernator est venus. Sextum est geminoꝝ ⁊ v̄ginis ⁊ eius gubernator mercu-
rius. Septimū est cancri ⁊ gubernat illud luna. ¶ Abrahā auenezre ponit condi
tiones nascentiū sub quolibꝫ signo ⁊ ē sn̄ia sua ista. Qui natus fuerit sub prima
facie arietis erit ruffus ⁊ fimꝰ: vēter eiꝰ erit puꝰ ⁊ strictus carne extenuatꝰ: hēbitq̄ꝫ
supra pedē sinistrū signū ⁊ in cubito manus sinistre: ⁊ amici eius erunt plures ⁊
ipse odiet malū. Qui v̄o natus fuerit sub ſa facie ierit ei nigredo pulchritudini fa
ciei coniuncta: corpus eius tēperatū ꝑceps in irā aīo occultans voluntatē mala:
estq̄ꝫ alti cordis: inimici eius plures erūt. Qui natus fuerit sub tertia facie eius erit
ruffus color eiꝰ ⁊ croceus ē erit solitarius. Qui natus fuerit sub ꝑma facie thau-
ri erit breuis stature: sui oculi magni: labia spissa: ⁊ hēbꝫ signū in collo: ⁊ ē cordi
festinꝰ: amici eiꝰ plures: ⁊ manerebꝰ ꝯditiaꝝ delectabit̃ ipse. Natus aūt sub facie
eius ſa: hēbit faciē rotūdā: ventrē latū: oculos pulchros: ⁊ eiꝰ aīa voluntaria resq̄ꝫ
cito ꝑpendet: ⁊ circa spatulas pilosus existet. ⁊ hēbit signū in lūbris. Et q natus
fuerit sub tertia facie pulchri coloris existet pulchreq̄ꝫ faciei: ⁊ habebit signum in
oculo sinistro: virq̄ꝫ laboriosus erit. nec in mulieribꝰ fortunatus existet. Qui autē
natus fuerit sub fine huiꝰ signi erit carens testiculis nāliter ⁊ sine vel hermofro-
ditus. Qui natus fuerit sub prima facie geminoꝝ erit pulchri corpis ⁊ decentis:
⁊ oculoꝝ ⁊ piloꝝ: hēbit signū in capite vel in oculis. Visus eius acutus minime
iracūdus eritq̄ꝫ laborator ⁊ cū mulieribus minime fortunatus existet. Et q natus
fuerit sub secūda facie erit breuis stature ⁊ niger ⁊ super eius cubitū signū nigre-
dinis: eiusq̄ꝫ v̄ba pulchra ⁊ dulcia. Natus sub tertia facie nimiū habebit oculos
paruos: eritq̄ꝫ vir suspicator ⁊ leuis: ⁊ loquet̃ v̄ba irrationabilia: eritq̄ꝫ mendax.
Qui natus fuerit sub prima facie cancri erit corpore ⁊ pilis decens: supcilia eius
erunt stricta naresq̄ꝫ longe ⁊ spatule late: ⁊ habebit signuꝫ in cubito dextro: aut
eius brachio: ⁊ anima eius bona amici eius plures: eritq̄ꝫ sciens ⁊ ingeniosus.
Qui natus fuerit sub secūda facie: erit color eius rubeus breuisq̄ꝫ stature: carens
barba: ⁊ habebit signum in oculis. Qui sub tertia facie natus fuerit erit crassus
breuisq̄ꝫ stature: et habebit multitudinē pilorum in supercilijs. Qui natus fuerit
sub prima facie leonis erit pulcher corpore: et facie: et color vultus eius erit rube-

pars .1ª. con-

us albo commixtus : oculi eius commixti pectus rectum : ⁊ crura sua patientur
morbum in parte superiori. ⁊ erit cognitus inter gentes : ⁊ simplex immixtusqꝫ
consortio regum. Qui natus fuerit sub secunda facie erit pulchre: pectus eius erit
latum: testiculi ⁊ crura gratilia: eritqꝫ honoratus inter familiam eius ac alti cor-
dis. Natus autem sub tertia facie erit aliquantulum breuis stature eritqꝫ color
eius albus roseo permixtus: eius vox vehemens amans mulieres: ⁊ habebit ple
nitudinem amicorum ⁊ morbos plures sustinebit. Qui natus fuerit sub prima
facie virginis erit decentis statuere: erit corpus eius erectum ⁊ pulchrum : ⁊ erit
sciens ⁊ actus: eius capilli scripsi: ⁊ erit diligens iustitiam: eius vox vehemens:
sterilis existẽt: anima eius bona: facies pulchra: eritqꝫ scriba ⁊ bene doctus. Qui
autem natus fuerit sub secunda facie erit pulchre apparentie: oculi eius parui: na
sus eius pulcher : eritqꝫ disciplinabilis ⁊ simplex preuoluntarius corde diliget
laudari. Natus sub tertia facie erit pulcher aspectu perceptibilis discipline: veri
sensus ac simplex ⁊ sapiens. Qui natus fuerit sub prima facie Libre : erit pul-
chre facie: ⁊ in eius capite vulnera ierũt: erit laborator ⁊ simplex ac disciplinabi
lis. Natus sub secunda facie erit pulchri vultus ⁊ inerit ei impedimentũ in ocu-
lis: estqꝫ corde preuoluntarius. Natus sub tertia facie erit pulcher ⁊ erit cognitus
⁊ honoratus inter gentes ipsius. Et qui fuerit natus sub fine signi huius erit nul
lius sexus aut vtriusqꝫ. Qui fuerit natus sub prima facie scorpionis paruꝫ pul-
cher existet: ⁊ habebit signum in capite: ⁊ pectus eius erit latum Et habebit si-
gnũ in pede sinistro vel in manu dextera estqꝫ hõ castigationis bonaqꝫ discretiõe
plenus ac in loquela festinus. Natus sub secunda facie caput eius erit magnũ:
existetqꝫ modice pulchre figure: ⁊ habebit signum in genu ⁊ dorso: ⁊ erit homo
discipline verba sua multiplicans. Qui natus fuerit sub tertia facie erit breuis
stature oculis eius cõtorti appetens comedere amãs mulieres. Qui autẽ natus
fuerit sub fine huius signi aut erit nullius aut vtriusqꝫ sexus. Qui natus fuerit
sub prima facie sagittarij erit pulcher speciei: decorus aspectu recte stature : dili-
gens bonum: regibus ac magnatibus se cõmiscẽs. Natus sub secũda facie cor-
pus habebit ꝯdecena facies. tñ eius crocea supercilia cõpressa ⁊ hẽbit signũ in pe
ctore. Natus sub tertia facie erit longus: pulcher facie: oculi eius vt murilegi: pe-
ctus latum: ⁊ habebit signũ in sinistro crure. Qui sub prima facie capricorni na-
tus fuerit corpus suum condecens: pectus latũ. ⁊ hẽbit signũ nigrum in cubito
erit astutus disciplinabilis simplex ⁊ ꝓuoluntarius. Natus sub secunda erit pul
cher: hẽbit nares longas: oculi eius pulchri: volũtas eius mala ⁊ iracundus: est
hõ scientie. Natus sub tertia facie erit pulcher corpore: eius tñ facies citrina: ⁊ in
eius brachio sinistro erit nota vel in ipsius genu: festinus in iraꝫ. despiciens ma
lum vel pugnans pro malo: diligens mulieres: hõ discipline diligensqꝫ sodales.
Qui aũt natus fuerit in fine huius signi erit filius adulterinus ⁊ oino huic idest
signo minime in mulieꝝ natiuitatibus valere. Qui aũt natus fuerit sub prima
facie aquarij erit corpore ⁊ facie formosus: ⁊ habebit in pectore aut pede sinistro
signum : eritqꝫ hõ disciplinabilis ⁊ sodales diligens. Natus sub secunda facie
erit longus : facies eius erit rubea: ⁊ signum habebit in dorso ⁊ sub eius cubito
eritque omnibus diebus suis in dolore. Natus sub tertia facie corpore pulcher
statura breuis: facie roseus: ⁊ habebit signũ sub cubitis: ⁊ erit mulieruꝫ amator.
Et qui sub fine huius signi natus fuerit diuersificatus erit in eius figura atqꝫ in
omnibus suis operibus. Qui autem sub prima facie pisciuꝫ originẽ traxerit: cor

pus eius erit album: et facies similiter: pectus eius latum: barba pulchra: frons preclara: oculi eius magis nigri quam albi. Et forte aliquod membrum sibi deficiet. diliget dormire, eritque gulosus et ebriosus. et habebit signum sub cubito vel in pede. Natus vero sub secunda facie erit breuis stature: decorus aspectu: barba nigra: pilosus: et erit ambulans in duritia cum filijs hominum. Natus sub tertia facie piscium: erit aspectu preclarus: oculi eius pulchri: eritque morbosus.

Et si quidem planete. Prius auctor ostendit qualiter signa respiciunt membra humani corporis. In ista parte ostendit nobis qualiter planete respiciunt membra corporis humani in ipsis signis. Et potest hic pars diuidi in. 12. partes secundum. 12. signa vbi partes incipiunt patet. Prima pars diuidi potest in duas: quoniam primo proponit. Secundo prosequitur ibi: in ariete. Dicit primo quod si aliquis planeta significauerit aliquam infirmitatem siue debilitatem in corpore humano habebit in quolibet signo membrum proprium in quo erit illa infirmitas. Et quia ita est conuenit tractare de doloribus planetarum in signis. Et incipit ab ariete procedendo secundum successionem signorum et planetarum. Quod dicit auctor planum est in littera. Ad euidentiam vnius partis pono vnum exemplum. Pono quod in aliqua natiuitate saturnus significauerit nato debilitatem alicuius membri et sit saturnus in ariete. Dico quod illa debilitas vel infirmitas erit in pectore. Et si saturnus sit in tauro erit illa infirmitas in ventre et sic intelligas de ceteris signis. Pono etiam quod mars in natiuitate intelligas de reuolutione annorum natiuitatis significauerit vulnerationem et sit mars in ariete erit vulnus in capite. Si in tauro erit vulnus in collo. et sic de ceteris signis et planetis intelligas. Ptolemeus vult quod membra in quibus cadunt morbi et cetera impedimenta accipiunt a figura celi in hora natiuitatis vel reuolutionis. Dicit enim in. 74. propositione centiloquij cum fuerit mars in ascendente alicuius natiuitatis erit cicatrix in facie vel capite nati. Dicit enim Haly quod caput est ascendentis et secundum hoc collum est secunde domus. brachia tertie domus et sic secundum ordinem domorum secundum quod dictum fuit de signis. De hac materia diffusus loquitur domino concedente in capitulo sexte domus.

Sunt quoque in vno quoque signo. In ista parte auctor determinat de quibusdam specialibus proprietatibus planetarum que sunt in diuersis gradibus circuli signorum et sunt sex. sunt enim ibi quidam gradus masculini et quidam feminini. Et sunt ibi quidam gradus lucidi et quidam tenebrosi. Etiam sunt ibi quidam gradus qui dicuntur putei. Et sunt ibi quidam gradus qui dicuntur azemena. Et sunt ibi quidam gradus qui dicuntur augmentantes fortunam. Et sunt ibi quidam gradus qui dicuntur consortes. Et secundum hoc ista pars potest diuidi in sex partes: quoniam in prima parte enumerat gradus masculinos et femininos. In secunda parte enumerat gradus lucidos et tenebrosos et fumosos. In tertia parte enumerat gradus qui dicuntur putei. In quarta parte enumerat gradus qui dicuntur azemena. In quinta parte enumerat gradus qui dicuntur augmentantes fortunam et gradus

pars - 1ª. com.

sublimitatis. In sexta parte enumerat gradus qui dicuntur consortes. ¶ Prima pars incipit in principio. Secunda incipit ibi: ⁊ in vno quoque horum signorum. Tertia incipit ibi: ⁊ in signis sunt gradus. Quarta ibi: ⁊ sunt in signis quidam gradus. Quinta ibi: ⁊ in circulo. Sexta ibi: ⁊ omnes duos gradus. Prima pars potest diuidi in duas partes: quoniam in prima parte incipit enumerare gradus masculinos ⁊ femininos litteraliter. In secunda parte ponit tabulam de eis. Quod dicit patet in littera. Postea dicit ꝙ sunt quidam gradus in circulo qui dicuntur lucidi ⁊ quidam tenebrosi: ⁊ quidam fumosi ⁊ quidam qui vocant vacui Et incipit primo eos enumerare. Et deinde ponit de eis tabulã ⁊ patet postea dicit ꝙ sunt in circulo quidã gradus qui dicuntur putei. ⁊ enumerat illos omnes in littera. ⁊ quidam libri habent tabulam de eis factam. Deinde dicit ꝙ in signis sunt quidam gradus qui dicuntur azemena. Et dicit ꝙ azemena est quedã debilitatio corporis vt est cecitas vel surditas vel aliquid talium vel amissio mẽbri. Iuxta quod notandum ꝙ dicit Haly Albenragel in primo capitulo domus sexte libri sui de natiuitatibus. Quando pars azemena fuerit in partitione ascendentis ⁊ luna iuncta cum ea vel dominus ascendentis significat ꝙ azemena erit in illo membro nati quod cadit in partitione illius signi. ¶ Notandum est etiã ꝙ si sol in natiuitate alicuius fuerit in gradu azemena erit debilitatio in oculo dextro si luna erit in sinistro. Postea dicit ꝙ sunt quidam gradus in circulo qui dicuntur augmentantes fortunam ⁊ enumerat eos in littera. Iuxta quam partem notandum est quod Haly dicit in commento. 229. propositionis prime partis quadripartiti scire te conuenit ꝙ gradus augmentantes fortunam sunt gradus exaltationis solis ⁊ planetarum fortunarum sicut. 19. arietis. 3. thauri. 15. cancri. 27. piscium. Similiter sunt illi in quibus adiunguntur termini fortunarum. Et sicut. 13. sagittarij: ⁊ piscium. ⁊ sunt etiam gradus terminorum fortunarum. Et gradus in quibus sunt stelle fixe de natura fortunarum. Et econtrario in quibus sunt stelle de natura infortunarum. Et postea dicit ꝙ omnes duos gradus qui sunt eiusdem longitudinis a capitibus signorum mobilium sunt eiusdem fortitudinis. Et dicuntur consortes sicut 20. gradus capricorni. ⁊. 10. gradus sagittarij. Isti enim duo gradus equaliter distant a capite capricorni. ⁊. 20. libre. ⁊. 10. virginis equaliter distant a capite libre. Et. 20. cancri. ⁊. 10. geminorũ equaliter distãt a principio cancri. ⁊. 20. gradus arietis. ⁊. 10. piscium equaliter distant a principio arietis. Ptolemeus dicit. 229. propositione prime partis. Astrologi ceteri multum locuti fuerunt de gradibus ⁊ diuiserunt eos in gradus lucentes lubricos ⁊ fumosos. Et sunt ex eis azemena: ⁊ sunt ex eis putei. Et locuti fuerunt de alijs multis sicut inuenies per multos libros astronomie. Et si hoc inuenerunt experientia bonum est ꝙ operis per hoc. Et forsitan si eis accidit ꝙ aliquis planeta vel stella fuit in gradu vel eius radius ⁊ fecit fortunam, ceciderunt ꝙ gradus hoc fecerit. Et siquidem ita est conuenit vt te mutes de vno gradu in alium. Et hic finem imponamus noster rationi. Videtur per istam litteram ꝙ Ptolemeus non multum approbat gradus augmentantes fortunam ⁊c. Dicit enim si ita est conuenit vt te mutes de vno gradu in alium. gradus enim dicunt lucidi vel tenebrosi propter stellas fixas ibi existẽtes. Et vult Haly sẽm ꝙ preallegatum fuit ꝙ gradus dicuntur augmentantes fortunam in quibus sunt stelle de natura fortunarum. Constat autẽ ꝙ stelle fixe mutant loca sua respectu zodiaci none sphere. Ex illa littera Ptolemei potest trahi ꝙ iudicia debent fieri sẽm nonam spheram ⁊ non sẽm

octauam. Ex quo enim vult ꝙ istos gradus oportet mutare: consequens est ꝙ gradus scd̃m quos debent fieri iudicia nõ mutantur. Albumazar in introductorio suo ponit istos gradus. s. masculinos ꝛ femininos lucidos ꝛ tenebrosos ꝛc. Et dicit ibi si planeta in natiuitate vel iterrogatiõe masculini fuerit in gradu masculino vel in natiuitate feminine vel interrogatione in gradu feminino erit cuius significatio fortior. De gradibus lucidis tenebrosis ꝛ fumosis dicit si ceciderit planeta in gradu lucido: erit eius significatio fortior in significatione honorum ꝛ significat pulchritudinem. Et si ceciderit in gradu tenebroso significat duritiem ꝛ tarditatem ꝛ horribilem rem ꝛ tenebrosam ꝛ malaȝ. Et cum ceciderit in gradu fusco: vel vmbroso vel fumoso: vel in gradu vacuo significat modicum horribile. Et si ceciderit planeta in gradu putei abibit eius pulchritudo ꝛ aspectus ꝛ debilitatur in significatione sua. Fortune namq̧ cum ceciderint in eos debilitant̃ in significatione eaꝝ. Mali vero cum ceciderint in eos debilitatur significatio eorum Et fortassis significabit fortunaȝ accidentalẽ ꝓpter debilitatem eorum super malum. De gradibus augmẽtantibus fortunã dicit antiqui putauerunt ꝙ in circulo erunt gradus augentes fortunam. Et dixerunt ꝙ planete cum non fuerint in locis significãtibus fortunã nati ꝛ fuerit luna vel pars fortune in his gradibus aut fuerint ipsi gradus ascendentis augent fortunam nati. Et si planete significauerint sibi casum. Isti gradus mouent eum in sublimationem per aliquam quantitatem quodã motu. De gradibus sublimitatis dicit. Quidam dixerunt: ꝙ cum ascendens fuerit aliqs istorũ graduum: aut fuerit sol in natiuitate diurna: aut luna in nocturna in quibusdam eorum ꝛ fuerit in loco optimo in figura. Et cum hoc significauerint planete radicis natiuitatis fortunam perducet natum ad sublimitatem ꝛ sedem nobilitatis ꝛ dominabitur terris ꝛ ciuitatibus: ꝛ posidebit diuitias multas.

Et quia auxiliante deo. Prius auctor determinauit d̃ esse circuli signorum essentiali. Hic determinat de esse accidentali ipsius. Et diuiditur in duas partes: qm̃ primo continuat dicta dicendis. Secundo prosequitur ibi: naȝ circulus signorum. Et illa diuiditur in duas partes: quoniam primo determinat de diuisione accidentali circuli signorum. Secundo determinat de proprietatibus ꝛ significationibus consequentibus ipsam diuisionem: ꝛ incipit ibi: quarta autem pars que est ab ascendente. Et illa diuiditur in duas partes: quoniam primo ponit proprietates ꝛ significationes quartarum. Secundo ponit significationes singularum domorum: ꝛ illa incipit ibi: ꝛ vna queq̧ domorum. Primo dicit postq̃ compleuit esse essentiale circuli signorũ. nũc vult tractare de esse accidentali ipsius. Postea dicit ꝙ circulus figuratur qualibet hora tali figura que diuiditur in q̃ttuor partes quas diuidit circulus orizonte ꝛ circulus meridianus. Et quelibet istarũ quartaꝝ diuiditur in tres ptes equales ꝯm diuisionẽ signi ascendentis in circulo directo. Et hoc mõ diuidit̃ totus circulus i. 12. partes que vocantur turres vel domus: cuius expositio est in canonibus tabularum. Intelligendi sunt duo circuli magni transeuntes per polos mundi: quorũ vnus est circulus meridianus. ꝛ alter circulus transiens per punctum zodiaci q est in contactu orizontis orientalis: ꝛ per punctum oppositum scilicet qui est in contactu orizontis occidentalis intersecans circulum meridianum super polos mundi. Isti duo circuli diuidunt totum celũ in quattuor partes q̃ quãdoq̧ iter

pars 2a rom

se sunt equales quandoq; inequales: vt plurimum tamen sunt inequales. Si enim principium Arietis vel principium libre fuerit in ascendente. Iste parte sunt equales. In omnibus autez alijs dispositionibus sunt inequales. Postea intelligatur portio circuli equinoctialis intercepta inter circulum meridianum & circulum transeuntem per initiuz ascendentis diuidi in tres partes equales. Similiter alia portio circuli equinoctialis que est ab ascendente vsq; ad inferiorem partem circuli meridiani. scilicet ad angulum terre intelligatur diuidi i tres partes equales. Deinde imaginentur circuli magni transeuntes per diuisiones predictas & per polos mundi. tunc portio zodiaci intercepta iter quoslibet duos circulos proximos est vna domus. Hec est positio Ptolemei. & ista tenetur cōiter. Est etiam alia imaginatio de domibus quam tenet Abrahā auenezre. Et imaginatur transire circulos per diuisiones equinoctialis: & per intersectionem circuli meridiani & orizontis in parte septentrionis. Ista via communiter nō tenetur: ideo non curo eam multum explanare. Inuenire autem principia. 12. domorum per astrolabium non est difficile: immo leue. cuius doctrinam hic interponere esset longum & superfluū cum in canonibus astrolabij fuerit posita sufficienter. Qui autem voluerit domos equare per tabulas in canonibus tabularuz primi mobilis: & doctrinam completam inueniet. Deinde dicit auctor principiū huius diuisionis est ascendens cuius initium est in puncto hemisperij ex parte orientis. Deinde sequitur secunda domus: deinde tertia: & sic vsq; ad duodecimaz.

Quarta autem pars. Hic auctor ponit proprietates & significationes circuli signorum consequentes diuisionem eius accidentalem. Et dicit q quarta pars circuli que est ab ascendente vsq; ad medium celi scilicet. 12. domus. 11. & 10. dicit quarta orientalis masculina adueniens. Et significat initium vite & vocatur puerilis sanguinea. Et alia quarta est a medio celi vsq; gradum occidentis scilicet. 9. 8. & 7. domus dicitur meridiana feminina recedens a nobis: & significat mediam etatem que vocatur perfectio iuuentutis: & vocatur estiualis & colerica. Tertia quarta que est a gradu occidentis vsq; ad angulum terre scilicet. 6. 5. & 4. domus est occidentalis masculina accedens ad nos: & significat finem vite: & vocatur autumnalis melancolica. & est mediocris etatis. Quarta pars que est ab angulo terre vsq; ad ascendens scilicet tertia secunda & prima domus est septentrionalis feminina recedens a nobis: & significat quod accidit homini post mortem eius quantum ad memoriam hominum scilicet vtrum dicatur de ipso bonum vel malum. Et hec pars vocatur senilis flegmatica defectiua & hyemalis. Et est recte comparatio quam auctor ponit hic sicut illa quam posuit in diuisiōe essentiali circuli: excepto quod addit hic q significant initium & medium & finem vite: & quid accidat homini post mortem eius. Postea dicit q tota illa medietas que est a medio celi eundo per ascendens vsq; ad quartam domum vocatur medietas ascendens. Et alia medietas que est a quarta domo eundo per gradum occidentis vsq; ad medium celi vocatur ascendens. Et tota medietas que est super terram vocatur dextra: & illa que est sub terra vocatur sinistra. Deinde dicit q prima domus & 4. & 7. & 10. vocantur anguli. Et. 2. 5. 8. 11. vocantur succedentis angulis. 3. autem. 6. 9. & 11. vocantur cadentes ab angulis. Deinde addit quoddam notabile. dicit. cum planeta fuerit in angulo vel in succedente dicitur proficere. & si fuerit in cadentibus dicitur deficere.

Et vnaqueq; istarum domorum.

Hic auctor ponit significationes ꝓprias cuiuslibet.12.domoruz.Et tota
ista pars pōt diuidi in quattuor:quoniā in prima parte ponit significatiōes.12.
domorum quantum ad esse hominū.In secunda parte ponit significationes do
moꝝ quantum ad colores. In tertia parte ponit quasdam regulas que possunt
dici amphorismi. In quarta parte docet eligere significatores. Prima incipit in
principio. Secunda incipit ibi: significant:⁊.12.domus colores. Tertia ibi:⁊
dicitur in significatione domorum. Quarta ibi:⁊ cum volueris scire planetam
dominatorem rei. Prima pars potest diuidi in duodecim partes secundum ꝙ
ponit significationes.12.domorum:⁊ vbi incipiūt patebit. Primo dicit ꝙ vna
queq; domus significat aliquid de esse hominuz. Nam prima domus que inci
pit ab orizonte orientali que vocatur ascendens significat corpora hominum ⁊
vitam initia omniū operum in interrogationibus ⁊ locutionibus ⁊ rumoribus
⁊ ceteris talibus. Et significat cogitationem querentis scilicet qđ querens hꝫ in
animo ⁊ significat principium vite. Et dn̄s triplicitatis prime domus:primus si
gnificat vitam ⁊ naturam nati seu interrogantis:⁊ eius delectationes atq; volun
tates quid diligat vel quid odio habeat:⁊ quid boni vel mali accidat ei in initio
vite.Et secūdus dominus triplicitatis huius domus significat vitā ⁊ corpus ⁊
virtutez siue fortitudinē nati ⁊ medium vite. Tertius dn̄s triplicitatis significat
idem ꝙ socij ⁊ significat per se finem vite.Et ista littera pōt colligi ꝙ si primus
dn̄s triplicitatis huius domus fuerit fortior alijs duobus erit prima pars vite
melior:⁊ sic de alijs duobus intelligas. ¶ Circa istam domū quedā sūt notāda.
Notandum est primo de intentione querentis quod dicit Ptolemeus in.94.ꝓ
positione centiloquij. Locus fortioris significatoris in ascendente est id qđ est in
animo interrogantis. Ideoq; cū volueris scire intentionē q̄rentis:vide quis pla
netarum hēat plures fortitudinis in ascendente i illa hora qn̄ venit ad te animo
interrogandi:⁊ vide in qua domo ex.12.domibus sit ille planeta:⁊ dicas ꝗm si
gnificationis illius dom⁹ in qua fuerit. Verbi gr̄a. Pono ꝙ ascendens sit leo:⁊
sol hēat plures fortitudines in gradu ascendente:⁊ pono ꝙ sol sit in.2.domo di
co ꝙ intentio sua est petere de substantia sua vel de lucro:vel de aliquo consimili.
Et si sol fuisset in terra domo dixissem ꝙ vellet petere aliquid de esse fratris vel
fratrum ⁊ sic de alijs domibus suo mō.Et si veniēs ad te tenuerit aliquā rem in
manu sua vel alio modo eam occultauerit:⁊ si volueris scire substantiam ⁊ na
turam illius rei aspice planetā fortiorem in ascendente si aspexerit ascēdens erit
illa res de substantia signi ascendentis. Si non aspexerit ascendens erit de sub
stantia signi in quo est planeta. Si fuerit signum terreum:erit de natura terre vel
aliqua res q̄ nascitur de terra. Si fuerit signum aquaticum:erit aliqua res de nā
aque:vel q̄ nascit̄ in aq̄. Si fuerit aereū:erit aliq̄ res de nā aeris. Si fuerit signū
igneum erit aliq̄ res q̄ operat̄ ꝑ ignem.Et si volueris scire colorē rei aspice dn̄m
hore ⁊ ꝗm colorem illius iudica. De colorib⁹ planetaꝝ dicet̄ postea vbi loquet̄ď
naturis planetaꝝ dn̄o concedēte:Et si volueris scire vtrum res sit noua vel antiq̄
aspice luna:si fuerit super terrā erit noua si fuerit sub terra erit antiq̄.Et si volue
ris scire vtruz sit longa vel breuis aspice dn̄m termini grad⁹ āguli terre g si fue
rit in auge sui circuli erit res longa. Si fuerit in opposito augis erit breuis. Si in
lōgitudinibus medijs mediocris inter longū ⁊ breue. Hec est sn̄ia Ptolemei in

90. ꝓpōne centiloquij. Cū aspexerit significator ascēdēs ⁊c̄. Dicit Haly Abenragel si aliqs q̄sierit a te de vita sua vtrū sit longa vel breuis: aspice dñm ascēdentis ⁊ lunā. Si fuerit salui ab infortunis significāt lōgā vitā. Et si fuerint cōbusti vel infortunati significāt ꝑuā. ¶ Notādū est circa nutritionē .s. vtrum puer sit vitalis vel nō. Dicit Haly Abēragel qn̄ dñi triplicitatis luminaris tēporis vult dicere dñi triplicitatis signi in quo est sol si fuerit natiuitas diurna vel signi lune in natiuitate nocturna fuerint in ascendente: vel in. 10. domo. vel. 11. vel. 5. est significatio bone ac leuis nutritionis. Et si fuerint in septima. significant malam nutritionem: ⁊ anxiā atq; laboriosam. Qn̄ gradus ascēdens ⁊ luminare tp̄is dānati fuerint: significat q̄ non nutrietur nisi dñi triplicitatis fuerint salui ⁊ firmi ī angul'. Qn̄ luna fuerit infortunata in ascendente. nutritionē nō significat. Qn̄ luna fuerit in. 4. domo iuncta corporaliter cū infortūa aut de q̄rta vel oppositiōe aspicit infortunā significat q̄ nō nutriet' ⁊ mater eius est in ꝑiculo: aut forsitā morietur. Dicit Abrahā Auenezre. Si dñs ascendentis fuerit cōbustus natus nō viuet spaciū 8. dierum. Portata fuit mihi natiuitas vnius pueri cuius ascendens erat virgo ⁊ Mercurius fuit in piscib' in detrimēto suo retrogradus ⁊ cōbust'. ⁊ ego credidi huic dicto ⁊ dixi q̄ puer non viueret per octo dies ⁊ mortuus fuit in sexta die. Dicit Haly Abēragel. cōiunctio planetarū humanitatē nō significat. Uult dicere coniunctio pluriū planetarū in ascendente nō sign̄t nutritionē. Et ponit ibi vnū exemplum notabile. Dicit vocauit me rex nostre ciuitatis: ⁊ vna ex mulierib' peperat filium ⁊ fuit ascendens libra. 8. gradus terminus. Mercurij: ⁊ fuerūt ī eo Jupiter Uenus Mars ⁊ Mercurius ⁊ conuenit ibi vna societas astrologorum ⁊ quilibet eorum suā opinionē dixit: ⁊ ego tacui. Rex dixit mihi q̄d habes q̄ nō loqueris. Cui respondi date mihi terminum triū dierū: quia si filius vester transierit tertium diem erit de ipso miraculum magnum. Et quando natus cōpletas habuit. 24. horas posuit se ad loquendum: ⁊ locutus fuit ⁊ fecit signum cum manu ⁊ rex multum expauescebat inde. Et dixit possibile esse q̄ diceret aliquam prophetiam: vel aliquod miraculum. Et rex iuit ad natum. ⁊ nos cum eo ad audiendum quid diceret. Et infans dixit: ego sum natus infortunatus ⁊ natus sū ad iudicandum amissionē regni ⁊ destructionem gentis almanam. Hinc statim cecidit natus ⁊ mortuus est. ¶ De his qui moriuntur ante q̄ recipiunt cibum dicit Ptolemeus in quadripartito generaliter dico q̄ qn̄ aliquid luminare fuerit in aliquo angulorum ⁊ fuerit similiter aliqua infortuna participationē habēs cum eo in longitudine que sit cum eo gradu per gradum: vel ipsum aspiciens in figura duorum alterum equalium. Nec habuerit cum eo fortuna participationē de figura. Et dispositor luminarium loci inuentus fuerit in locis planetarum infortunarum natus ille non recipiet cibum ⁊ morietur hora qua nascetur. Dicit abrahā cum fuerit cauda draconis in ascēdente natiuitatis natus ille erit cecus ⁊ ſm distantiam eius a gradu ascendentis erunt anni. Uerbi grā: si fuerit in. 10. gradu ab ascēdēte cecabit' in. 10. anno. Electiōis huius domus sunt inceptionē rerū. sicut incipere edificare vel aliq̄d cōsil'e. Dicit hyspalēsis in electionibus ꝑme domus. Si sciueris natiuitatē alicuius caueas in electione sua ne ponas signū in ascendente in quo fuit infortuna in sua natiuitate. Si autē ignoraueris natiuitatē elige ſcd̄am nām rei pro qua fit electio. verbi grā: si fit electio pro incipiendo scribere aliquem librum fortificet' mercurius. Si pro eundo ad bellū fortificet' mars. Si pro edificando ponat' signum fixū in ascendente. Dicit idē hyspalēsis

volens horam sanguinis minuendi eligere fac vt sit luna in trino vel sextili aspe
ctu martis: ⁊ caue ne sit coniuncta cum eo corporalr̃ vel in quarto vel in opposi
to eius. ¶ Et fac vt sit luna in signo humoris minuendi.

Secunda domus.

Hic auctor ponit significationes se-
cunde domus. Et dicit q secũda do
mus significat substantiam ⁊ victũ ⁊ auxiliatores ⁊ ministros ⁊ signifi
cat finem iuuẽtutis. Et Anduzgã dixit vide quis ex tribus dominis triplicitatis
domus substantie sit fortior in se idest in loco in quo est in figura ⁊ hñt facies si
gnificatorem substantie. Qui si fuerit in decima domo hẽbit substantiã a rege.
Et si fuerit in domo fiducie. i. in vndecima erit melius. Alia littera hẽt si fuerit
in domo fidei erit magis. Credo quod prima littera sit vera. Dom⁹ eni fiducie
est domus substantie regis. Et primus dominus triplicitatis dat substantiaꝫ in
principio vite: qui si fuerit fortunatus erit natus diues in principio vite. secun
dus dat substantiaꝫ in medio vite: qui si fuerit fortunatus erit natus diues i me
dio vite. tertius dat substantiam in fine vite. qui si fuerit fortunatus natus erit di
ues in fine vite. Et similiter intellige de infortunijs eorũ idest si aliquis eorũ fue
rit infortunatus amittet natus substantiam in illa pte vite que ei attribuit. Dicit
hyspalensis in canonibus huius domus considera vtruꝫ dñs scd̃e domus sit in
ascendente vel dat vim suam domino ascendentis ⁊ non sit in domo lapsa si sic
hẽbit lucrum sine labore. Et si econtra fuerit sit econuerso. Et si Jupiter fuerit
in natali angularis vel sit in suo honore vel hẽat vim in ascendente vel consi-
deret partem fortune: vel sit dñs domus solis in natali diei: vel dñs domus lu
ne in natali noctis: vel sit dñs hore non deerit nato census in vita sua: quia hic
idest Jupiter est dñs substantie. Si vero dñs ascendentis aspiciat dominum sub
stantie vel suam domum vel partem fortune aspectu inimicicie destruet substan
tiam manu sua propria. Si dominus ascendentis fuerit in secunda domo infor
tunatus dabit proprio velle substantiaꝫ suam. Si vero sit ibi planeta infortuna
tus qui non sit dñs ascendentis capietur ab ipso vi siue furto. Si capricornus sit
ascendens natus erit cupidus ⁊ auarus: quia dñs ascendentis ⁊ dominas secun
de sunt idem scilicet saturnus. Dicit Ptolemeus in canonibus huius domus
res pertinentes ad lucra substantie quomodo erunt conuenit nobis perquirere
a parte fortune solummodo quam scimus semper per id quod est inter solem ⁊
lunã ⁊ proijcitur ab ascendente in nascentibus de die ⁊ in nascentibus de nocte.
Juxta quod notandum est qd̃ pars fortune secundum Ptolemeum proijcitur
hoc modo. subtrahatur verus locus solis a vero loco lune ⁊ quod remanserit
cõputatur a gradu ascendentis ⁊ vbi numerus finitur ibi est partes fortune hoc
mõ iubet Ptolemeus semper facere siue fuerit in die siue in nocte. De hoc proli
xius dicetur deo concedente in expositione quinte differentie. ibi enim hꝫ locum.
Postea dicit Ptolemeus iudicium huius est istius maneriei. Uolo dicere acci
pe planetas gubernatores signi. Dicit ibi Haly qd̃ regula per quã scimus nati
diuitias est accipere planetas gubernantes locũ partis fortune ⁊ ꝑpones illum
qui habuerit ibi plures dignitates. Deinde dicit Ptolemeus ⁊ quãdo guberna
tores partis fortune fortes ⁊ potentes fuerint. erit natus magnarũ diuitiarum
maxime si duo luminaria testificabuntur ibi testimonio concordatori id est aspe
ctu trino vel sextili. Ptolemeus scias qd̃ Saturnus significat quod diuitie nati
erunt ex parte mulierũ: aut pro labore terre: aut per maria. Et Jupiter significat

quod diuitie erunt pro senescalia vel pro donis bonorū ꝛ religiosorum. Et Mars significat quod diuitie erunt producendo milites: aut gubernando homines armorum. Et Uenus significat quod diuitie erunt pro donis amicorum ꝛ mulierum. Et Mercurius significat quod diuitie erunt pro scientijs ꝛ mercimonijs. Dicit. Haly abenragel debemus in hoc primitus inspicere ad stellas fixas que sunt prime in secunde magnitudinis. Et si aliquam earuꝫ inuenerimus in gradu ascendentis: vel in gradu decime domus. aut in gradu septime. aut in gradu q̄rte: aut in gradu solis si natiuitas fuerit diurna. vel in gradu lune si natiuitas fuerit nocturna. Et melior horum locorum omnium est gra. ascendens. deinde gra. 10. domus: deinde gradus septime: deinde quarte. Et si de p̄dictis stellis fuerit in duobus locis vel in tribus: aut pluribus si natus fuerit cum hoc de progenie regis erit rex altus. Et si de progenie regali non fuerit: habebit potentiam ꝛ mandatum simile potentie ꝛ mandato regis. ꝛ perueniet ad magnam nobilitatem ꝛ altum dominium ꝛ precipiet ciuitatibus villis ꝛ genti. Et scias quod stelle fixe. scilicet primi honoris eleuant hominem ad altum gradum: ꝛ magnam dignitatem ꝛ permutant de infimo ad supremum. Hoc idem dicit ptolomeus in. 29. propositione centiloquij stelle fixe dant dona modum excedentia: sed multotiens finiunt in malum. Dicit Haly in commento eiusdem propositionis cum he stelle sole prefuerint: idest sine testimonio fortunarum planetarum erit mors illorum mors pessima. Dicit Haly Abenragel quando pars fortune fuerit cadēs. ꝛ in malo loco vel fuerit sub radijs solis: aut in radijs infortune ꝛ dominus eius in loco peregrino: idest in loco in quo nullam habet dignitatem ꝛ dominus secunde domus non aspexerit ascendens: natus erit laboriosus ꝛ pauper ꝛ angustia ꝛ miseria vita viuet. Non est bonus sol neqꝫ mars neqꝫ saturnus in secūda domo in aliqua natiuitate nec inde natus bonum habebit. qm̄ sol distruet planetas: ꝛ aufert eis lumen: ꝛ mars est significator impedimentorum laborum ꝛ defectus substātie. Saturnus significat paupertatem ꝛ indigentiam ꝛ peius hoc toto est si dominus domus substantie fuerit cōbustus cū dānatiōe partis fortune. Dicit abrahā auenezre: si volueris scire quis nascentium fuerit pauper vel diues aspice dn̄m secunde domus qui si fuerit fortunatus erit diues: si combustus vel retrogradus vel in casu suo erit pauper: sicut dictum est in natiuitatibus: ita intellige de questionibus. De electionibus que fiunt in hac domo dicit hyspalensis si volueris emere aliquam rem causa lucrandi aspice vt sit luna in aspectu trino vel sextili: ꝛ caussas ne sit sub luce Solis: ꝛ melius est vt dominus ascendentis det vim planete existenti in decima vel vndecima domo: ita quod recipiens non sit retrogradus. Si Jupiter sit in ascendente quartadecima vel vndecima vel secunda domo bonum est. Aspice etiam vt sit pars fortune in bono loco ꝛ meliusest vt dominas partis eam aspiciat vel Luna vel sol.

Tertia domus.

Hic ponit significationes tertie domus: ꝛ dicit quod tertia domus significat fratres ꝛ sorores propinquios ꝛ cognatos ꝛ dilectos: ꝛ significat fidem ac religionem mandata ꝛ legationes mutationes: ꝛ itinera breuia. Et significat esse vite ante mortem. Et dicit Anduzgam dominus triplicitatis huius tertie domus primus significat fratres maiores. Secundus mediocres. Tertius minores. ꝛ eorum status ꝛ dignitas indicatur secundum status istorum dominorū. Dicit Haly Abenragel quando sol fuerit dominus tertie domus ab ascenden-



te z combusserit dominum secunde domus aut partem substãtie significat quod natus perdet substãtiam occasione fratrum: z soluet pro eis impositiones amissiones z damna multa. Quando dominus tertie domus z pars fratrum vel Jupiter fuerint in signis communibus vel signis multorum filiorũ z fortune aspexerint eos aspectu amicitie: z cum receptione: significat quod natus ille primogenitus est a fratribus suis: z quod habebit fratres potentes z bonos. Si dominus domus fratrum fuerit combustus aut pars fratrum fuerit combusta vel si sol fuerit in domo fratrum. aut in opposito Jouis: he sunt significationes paucorum fratrum z quod destruentur z expergentur. Quando dominus domus fratrum infortunatus fuerit super terram: significat quod damnum z occasio ꝑueniet in fratribus qui fuerint ante eum. Et si habuerit istud infortunium eo existente sub terra malum: et damnum istud perueniet ad fratres qui erunt post euz. Et hoc modo dices in bono et fortuna quando fortunatus fuerit in locis bonis et fortibus. si dominus domus fratrum fuerit in ascendente: significat natum eẽ primogenitum: vel erit solus sine hoc quod vnquam fratres habebit vel sorores vel quando inter ascendens et medium celi non fuerit aliquis planeta significat similiter quod natus est primogenitus. Et si aliqui fratres nascentur post eum perdentur. Et si forte aliquis ex eis remanserit semper: tñ erit maior et melior. Quando in aliqua reuolutione annorum: nati fuerit dominus tertie domus in decima ab ascendente natiuitatis aliquis fratrum eius morietur in illo anno. Similiter si dominus tertie radicis natiuitatis fuerit in decima domo reuolutionis: hoc est ideo quia decima domus ab ascendente est octaua a domo tertia. Si aliquis quesiuerit a te de statu fratris sui aspice signum tertiuz ab ascendente que est domus fratrum z dominum sue triplicitatis z dominum illius domus z q̃ ex fortunis vel infortunis aspicit ipsum z in quo loco est: quia si inueneris dominum tertie domus in sexta domo vel applicantem domino sexte domus: aut dominum sexte in tertia. dicas quod frater eius est infirmus. Et si ipsum inueneris in quinta vel. 11. dicas quod frater eius non est in loco suo: quia iuit extra locum suum. Et si inueneris dominum tertie domus infortunatum: aut in. 12. dicas quod frater eius est in anxietate aut in ifirmitate. Et si inueneris dominuz tertie cum Marte ambos coniunctos z combustionem intrantes sub radijs solis. dicas quod non euadet ab infirmitate. Et si ambo combusti fuerint iudica modis omnibus mortem. Et hoc modo inspicias si interrogatus fueris in rebus pertinentibus ad alias domus vt de patre vel filio vel vxore zc. Dicit hyspalensis volens incipere proximum iter fac vt planeta fortuna aspiciat domum tertiã vel eius dominum: ita quod non sit ibi malus vel eius quartus aspectus vel oppositus. Si est luna in tertia domo bonum est Cancer Leo z capricornus mali sunt pro breui itinere. Luna in ascendente vel in quarta domo in omni electione malum. Cauendum est ne Luna sit in via cõbusta que est a. 19. gradu libre vsq3 ad tertium Scorpionis. Cauendum est etiam ne sit luna pro caput vel caudam draconis infra. 12. gradus.

Quarta domus.

Hic ponit significationes quarte domus. Et dicit ꝙ quarta domus significat patres z hereditates z fines rerum: z significat thesauros z omnes res occultas z abscõditas: z significat finẽ vite. Et dicit anduzgã dñs triplicitatis

pars. 2ª. con

quarte domus primus significat patres. secundus significat ciuitates et terras.
tertius significat finem rerum et carceres. Dicit Haly Abenragel. Aspice statum
patris a dominis triplicitatis quarte domus. Si dñs triplicitatis q̄rte domus.
primus fuerit in domo vel in exaltatione sua: aut in suo haim receptus a sole vel
Ioue et fuerit in alto loco medij celi vel in quinta domo significat bonum sta-
tum patris nobilitatem altitudinem et diuitias posse et longam vitam et bonã
fortunam. et hoc si signum in quo fuit hic planeta fuerit masculinum: tamen si
signum ipsuꝫ fuerit femininū significat matri ea que diximus: et maxime si pla-
neta fuerit femininus. Quid sit haim exponetur postea deo concedente. Et secū
dus dominus triplicitatis quarte domus fuerit fortunatus pater habebit ter-
ras et populabit eas et laborabit in eis: et habebit ex hac parte bonam vtilitateꝫ
aut lucrum. Et si fuerint hi planete in esse diuerso seu contrario contrarium iudi
ca. Et si dñs triplicitatis quarte domus tertius fuerit fortis et fortunatus: vt pdi
ximus: pater erit homo q extrahet thesauros et vineas incidet: et aptabit lapides
preciosos. Et si fuerit in diuerso statu ab eo quod diximus erit incisor lapidum
vel laborabit in materijs malis et fetentibus. Si sol in natiuitatibus diurnis vel
saturnus in nocturnis. Et pars patris similiter aspexerint ascendens vel eius
dominum de quarto vel oppositione significat ꝙ pater nati filium abhorre-
bit et odiet eum et procurabit vt interficiatur. Et si luna et pras matris aspexe-
rint ascendens vel eius dominum ab horribilitas illa ⁊ maliuolentia in filiū erit
a matre. Dixit hermes quarta domus est fouea planetarum quoniam est in fū
do circuli celi ⁊ infirmitate: ⁊ est in trino aspectu. 12. domus. que est domus tene-
brarum laborum anxietatum ⁊ carcerum: ⁊ est gaudium infortune maioris: ⁊ est
in sextili aspectu sexte domus. que est domus tenebrosa infirmitatis ⁊ damni ⁊
gaudium infortune minoris. Quando aliquis planeta fuerit in quarta domo
⁊ in suo casu est sicut homo in solitudine suffocatus donec exeat inde. Dicit Ha
ly abenragel quando pars fortune fuerit infortunata. in signo masculino iudi-
ca quod pater prius morietur quam mater. Si in signo feminino mater prius
morietur quam pater. Pars patris. accipitur de die a sole in saturnum ⁊ de no-
cte econtra ⁊ proijcitur ab ascendente. Pars matris accipitur in die a venere in
lunam ⁊ de nocte econtrario ⁊ proijcitur ab ascendente. Si dominus partis pa
tris fuerit super terram ⁊ dominus partis matris sub terra iudica ꝙ mater pri-
us morietur quam pater. Et si contrarium fuerit contrarium iudica. Dicit Ha
ly Abenragel dixit alhezen. filius alhezib. Quadam die cum esset cum abola-
ben ⁊ fuit cum eo meraceso venit ad me quidam senex ⁊ dedit mihi chartam
vnam in qua scripta erat vnius natiuitatis figura. ⁊ dixit mihi quod aspicerem
in eadem figura. ⁊ ego quesiui ab eo cuius erat illa figura seu natiuitas. qui re-
spondit quod erat cuiusdam filij sui ⁊ dum inspicerem ⁊ cogitarem in ea abola-
ben accepit eam de manu mea ⁊ aliquantulum aspexit in ea ⁊ dixit. Primum
ꝙ in hac natiuitate videmus est ꝙ natus iste ortus est de adulterio quia non est
filius illius qui dicit ꝙ filius eius est. Ego dixi vnde habes hoc ⁊ respondit se
nex iste dicit quod hec natiuitas est filij sui ⁊ pater nati cuius est hec natiui-
tas iam sunt quattuor anni ꝙ decessit ⁊ obijt eodem anno quo natus ortus fu-
it. Et ego quesiui vnde habebat hoc: ⁊ ipse dixit: ego asperi ad gradum patris
⁊ inueni eum in opposito matris ⁊ non erat inter eos plus vno gradu. Et inue-
ni partem patris in vndecima domo ab ascendēte que est octaua ⁊ quarta ⁊ erat

inter partem ⁊ saturnum vnus gradus propter quod iudicaui ꝙ pater huius na
ti anno quo natus fuit ortus decessit. ⁊ hic senex dicit quod est filius eius: vnde
natus adulterinus est: ⁊ tunc senex dixit: ego non sum pater huius nati. sed est fi-
lius filij mei: ⁊ filius meus pater eius decessit eodem anno natiuitatis istius: sicut
hic homo bonus dixit.

Quinta domus. Hic ponit auctor significationes quin-
te domus. Dicit q̇ hec domus signi-
ficat filios tam masculos q̄ femininas. Et significat dilectiones ⁊ legatos
siue nūcios ⁊ dona. Et ꝙ futurum sit post mortem ex laude vel vituperatiōe. Et
dixit Anduzgam quod dominus triplicitatis domus filiorum primus significat
filios ⁊ vitam eorum. Secundus designat dilectionis. Tertius significat legatos
siue nuncios. Dicit ptolomeus in rationibus huius domus conuenit vt inspicia
mus ad planetas existentes in loco zenith capitulum nostrorum: ⁊ ad locum qui
sequitur illum: ⁊ est locus fortune: ⁊ ad locum participem cum illis in figura.
Dicit Haly in commento: locus qui est zenith capitum nostrorū est. 10. domus
⁊ locus qui sequitur est. 11. domus que est domus fortune. Et regula qua scie-
mus esse filiorum est accepta a planetis existentibus in his locis: aut existētibus
in locis participantibus cum eisdem sicut est ascendens: ⁊. 7. domus quia vtraq̄
earum participat cum. 10. ⁊. 11. Et si non inuenerimus in his locis planetam in-
spiciemus: si quos inuenerimus in. 4. domo. vel in. 5. ⁊ accipiemus inde signifi-
cationem. Dicit Ptolomeus ⁊ luna: venerem: ⁊ Iouem iudicabimus in dando
filios. Solem martem ⁊ saturnum in auferendo ⁊ dabimus mercurium partici
patorem cum quocūq̄ eorum qui se cū participet figura. Dicit Haly in commento.
Si fuerit in locis predictis aliquis ex planetis fortunis significat ꝙ habebit fili-
os. Si aliquis ex infortunis nullum habebit filiū: ⁊ si habuerit erunt debiles ⁊
pauci. Et si mercurius participationem habuerit cum fortunis erit fortuna: si
cum infortunis erit īfortuna. Dicit Ptolomeus ⁊ est ꝑpositio. 144. quarte par
tis res particulares filiorum poteris scire per ꝯsiderationem quādo bene inspexe
ris in quolibet eorum ad planetam dantem filios: ita quod eū ponas loco ascē-
dentis: ⁊ scies cetera particularia filiorum generaliter sicut per natiuitatem. Dicit
Haly in commento. Quod autem vult Ptolomeus in hoc loco narrare est id q̇
accidit in natiuitate mea. Inspexi ⁊ inueni Iouem in decima domo ⁊ in. 28. gra
du capricorni aspicientem se cum luna ⁊ saturno. ⁊ significabat hoc ꝙ haberem
filios: ⁊ quod morerentur: quia saturnus erat cum Ioue in. 10. domo. ⁊ q̄ Iupi
ter erat in signo feminino: ⁊ luna similiter significat quod essent plures vno: ⁊ ꝙ
essent plures femine. Et quia Iupiter erat orientalis: significabat ꝙ haberē ma-
sculum: ⁊ sic habui tres filios. vnum masculum ⁊ duas feminas: ⁊ omnes obie
runt: erat autem gradus ascendens natiuitatis masculi circa gradum saturni in
mea natiuitate: ⁊ propter hoc mortuus est cito. Et erat gradus ascēdēs vnius fe-
mine in piscibus in sextili. Iouis in mea natiuitate ⁊ in trino lune mee natiuita-
tis: ⁊ erat sol hylech in signo capricorni. Et erat gradus ascēdēs alterius femine
in capricorno. ⁊ hoc est mirabile: ꝓpter q̇ sciri pōt ꝙ natiuitates semp iter se cō-
cordāt vna cū illa. Dicit hyspalensis volēs horam generādi filium eligere ma-
sculum: sit Iupiter in quouis angulo vel sit soli orientalis sitq̄ dominus hora
masculus: ⁊ melius est vt signum ascendēs sit masculinum: ⁊ etiam eius domi-
nus: ⁊ si luna sit fortunata a ioue erit melius. Pro femina accipe signa feminina

⁊ planetas femininos ⁊ sit Jupiter occidentalis. Dicit Haly abenragel qñ in quinta domo fuerit aliqua fortuna ⁊ dñs quinte domus liber ab infortunijs ⁊ aspexerit medium celi natus multos hébit filios ⁊ viuent ac ibunt ad bonuȝ. Et si fuerit contrarium: contrariũ significat. Aspice in oibus natiuitatibus si inuene ris luminaria infortunata non habentia vllum aspectũ: fortune natus habebit paucos filios ℭ In sciendo tempus in quo habentur filij aspice ad planetam qui habuerit plures dignitates in domo filiorũ. si eũ inueneris in parte orientali hébit filios in iuuentute sua. si eũ inueneris medio celi hébit eos in medio etatis sue. Et si in septima hébit eos in principio senectutis. Si in quarta hébit eos cir ca finem vite sue. Silr qñ annus peruenerit ad signũ in quo fuerit Jupiter vel ve nus in radice natiuitatis hébit filiũ in illo anno. Dicit Haly abenragel si interro gatus fuerit pro muliere si est pgnans aut nõ aspice si dñm ascẽdẽtis ⁊ lunã am bos inueneris in domo filiorũ: aut si inueneris dñm domus filioꝝ in ascendente liberũ ab infortunis: dicas qd mulier illa sit pgnans. ⁊ si dñs ascẽdẽtis aut dñs domus filiorũ dederit vim suam planeta existenti in angulo. Et silr si dñs ascen dentis receptus fuerit ⁊ recipiens ipsum receptus. dicas quod est pregnans. Et si dominus ascendentis dederit vim suam planete cadenti ab angulo: significat quod non est pregnans.

Sexta domus. Hic ponit significationes. 6. domus. Dicit sexta dom⁹ significat īfirmitates ⁊ seruos ⁊ significat finẽ vite ⁊ qd futurũ sit ante senectuteȝ. Dixit anduzgam ꝙ primus dñs triplicitatis huius dom⁹ significat īfirmitates ⁊ cõualescẽtias siue deteriorationes infirmitatum. Scds sigt vernaculos ⁊ seruos. ℭ Nota driam in ter vernaculũ ⁊ seruũ. vernaculus enim idẽ est ꝙ famulus ⁊ vocatur seruus con ducticius. seru⁹ est qui est cõditionis seruilis. Unde dixit quidã versificator. Est prob⁹ hic verna cui nõ est cara taberna. terti⁹ dñs triplicitatis sexte domus sigt qd boni vel mali eueniat sibi ex seruis ⁊ eoruȝ vtilitateȝ atqȝ opa. Et cũ hoc est si gnificator bestiarũ ⁊ pecoꝝ ⁊ oiuȝ quadrupediũ q̃ nõ equitant ⁊ sigt multitudi nẽ vel paucitatẽ ⁊ fortitudinẽ eoꝝ ⁊ quantũ manebũt in manu ei⁹ ⁊ qñ recedent a suis manib⁹. sigt ẽt carceres ⁊ retentiones. Dicit Ptolemeus in. 60. ppõe centi loquij. Alboharam sane ⁊ certe sunt hore in qb⁹ declarant mutationes morboꝝ ad bonũ vel ad malũ velociter ẜm loca lune in angulis q̃drati conclusi a circulo directo. Alterationes võ q̃ pcedũt has ⁊ indicant sunt vera loca lũe in angulis almutemõ. Que ãt pcedũt has sũt loca lũe in angulis hñtib⁹. 6. latera. Et hoc postqȝ pcesserit esse egritudis ẜm eq̃litatem ⁊ nõ acciderit aliqd extrinsec⁹ ꝙ con turbet īfirmũ. cũ igit̃ inuenerim⁹ ẜ fortunã tã de fixis qȝ de erraticis significabit alteratiõe psperã: Si vero infortunã alterationem aduersam nisi fuerit egritu dini ipsa infortuna contraria ⁊ in suo haim. Luna vero in his angulis sigt mor bos auctos ⁊ sol prolixos. Et silr omnis planeta ẜm proprias consuetudines. ℭ Haly in conmẽto eiusdem dicit ꝙ Ptolemeus docuit nos cãm dierũ determi nabiliũ ⁊ quid sint ⁊ qñ determinent̃ de bono vel de malo ⁊ alterationes ẜm or dinem. Utilitas vero in hoc maior est medicis q̃ȝ astrologis. ⁊ hoc ideo quia multi philosophi pueniũt sup determinatiões dicẽtes ꝙ sunt alteratiões ⁊ plia inter nãm egri ⁊ morbi acuti in q̃rta die ⁊ septima die ⁊. 14. die ⁊. 21. ⁊ q̃ augen tur ẜm hoc accepta solo auditu ⁊ doctrina sine scientia: ⁊ non rationant in hoc nisi per illud ꝙ preterijt de experimentis suis. Sed Ptolemeus dixit cãm eius

⁊ patefecit vnde fiat. ⁊ cā ꝫm Ptolemeum est qꝛ nā deuicta est a morbo in initio
eius ⁊ prohibet eam ne procedant eius opera ꝫm equalitatem nec repugnat illa
morbo in hora qua vincitur: sed expectat vt sit luna in contrario loco illi in quo
fuit in principio morbi: qꝛ tunc non erit vis humorum qui mouētur in eo sicut fu
it in principio morbi tunc enim incitat vt repugnet illi sicut non agit prudēs actor
cū accusato insipiente cū voluerit illi repugnare nisi cū eius virtus debilitata fue
rit ⁊ in illo loco in quo careat auxiliatoribus. Et excitat illam. s. naturā in quarto
signo a signo in quo incepit egritudo ⁊ luna existēte in illo qꝛ ab omni signo quar
tum contrarium est nature eius: ⁊ similiter septimum: qꝛ hec loca: scilicet quartus
aspectus ⁊ oppositus significant inimicicias ⁊ contrarietates. Et tempus quod
est inter initium morbi ⁊ introitū lune in gradu quadrati in quo fuit in initio mor
bi per ascensiones signorum in circulo directo ⁊ proiectiones radiorum sunt se-
ptem dies ⁊ eodem modo quod est inter lunam in initio morbi ⁊ ipsam in oppo
sitione sunt. 14. dies: ⁊ quod est inter initium morbi ⁊ quartum aspectum secun-
dum qui est contrarius initio morbi sunt viginti vnus dies. ⁊ secundū hunc mo-
dum procedit modus aliorꝫ dierum. Et erunt hec puncta anguli quadrati quem
includit linea circuli directi: ⁊ illis punctis alia puncta sunt indicatiua: est vt per-
ueniat luna ad punctum qui abscindit vnumquēq; arcum cui subtenditur latus
de lateribus quadrati per medium. Et in his arcubus sunt latera figure haben-
tis octo angulos. Et omnia hec puncta contraria sunt punctis in quibus incepit
morbus per naturam. Igitur obseruet astrologus quid fuerit in his punctis tā
de stellis fixis quā de erraticis siue fuerit fortune siue infortune. Et si fortune fue-
rint iudicet quod significant victoriam nature super colera. infortune vero signifi
cant quod colere separabunt naturam nisi fuerit infortunata contraria morbo ⁊
fortis in suo haiz. non enim fortunabit lunam cum fuerit in suo haiz. sed remoue
bit morbum per hoc quod est illi contraria: ⁊ per hoc quod infortuna est contra-
ria morbo vt si fuerit frigida ⁊ morbus calidus: ⁊ si fuerit calida ⁊ morbus fri-
gidus ⁊ cum his similibus in specie diuersitatum. Et dicit quod esse solis in mor
bis prolixis fit sicut esse lune in morbis acutis quorum maius tempus erit orbis
lune ⁊ in prolixis orbis solis. Innuit etiam nobis ptolemeus subtile quid: cum
diceret omnis stella secundū quod est illi de moribus. Docuit quippe nos quod
quicquid immoderatum est in nobis ⁊ fuerit in moribus quos in consuetudi-
ne non habemus dicitur pro morbo. Et dixit iustum est hoc nisi accidat aliquid
extrinsecus quod disturbet ordinem determinationis: ⁊ locuti sunt de re que de-
struit determinationem hi qui exposuerunt librum amphorismorum ypocra-
tis: ⁊ ideo non necesse est nobis recitare in hoc libro. Tota intentio Ptolemei ⁊
Haly stat in hoc quod causa quare septem dies. ⁊. 14. ⁊. 21. sunt dies cretici
est quia luna in septima die vt frequenter venit ad quartum aspectum loci in
quo fuerit in principio morbi: ⁊ vt frequenter luna decimoquarto die venit ad lo
cum oppositum ⁊ in. 21. die vt frequenter venit ad secundum quartum aspe-
ctum. Ideo dicit Haly cum voluerit astrologus iudicare de die cretica debet ob-
seruare tempus quo luna veniet ad quartum aspectum loci in quo fuit in princi-
pio morbi: ⁊ si tunc coniungatur cum planetis beniuolis. vel aspiciat ipsos aspe
ctu laudabili: vel si coniungatur vel aspiciat stellas fixas que sunt de natura for
tunarum significat ꝙ crisis erit ad bonum. Et si coniungatur vel aspiciat infor-
tunas significat contrariū nisi infortune fuerint contrarie materie morbi: ⁊ cum

pars 2a con.

hoc fuerit infortuna in suo haim: quia tunc potest significare bonum: sed hoc est per accidens. Verbi gratia: si egritudo sit flegmatica ⁊ luna aspiciat martem significat bonum. Et quando luna peruenerit ad bonum locum cui subtenditur latus octogoni in equatore erit dies indicatiua. Latus octogoni sunt. 45. gradus ⁊ est medietas aspectus quarti. ⁊ licet non sit aspectus habet tamen maiorem conuenientiam cum aspectu quam alia loca: ⁊ ideo quando luna in quarto aspectu debet coniungi fortunis cum in medietate illius loci peruenerit iam natura sentit iuuamentum ⁊ incipit insurgere contra materiam morbi digerendo ipsam: ⁊ ideo tunc apparent signa digestionis in vrina. ⁊ aliquando sit crisis in quarta die scilicet quando luna inuenit ibi planetam fortunam: ⁊ tunc signa digestionis debent precedere in tempore quo luna peruenerit ad locum cui subtenditur latus. 16. angulorum ⁊ hec est medietas octogoni. Sufficiant hec de causis dierum creticorum. Dicit Ptolemeus in. 70. propositione centiloquij cum fuerit luna in oppositione solis mixta stellis nebulosis significat morbos inseparabiles in oculis. Et similiter si fuerit occidentalis luna ⁊ in angulo ⁊ fuerint vtrique mali occidentales ascendentes post lunam ⁊ sol in angulo ⁊ vtrique mali ascendentes ante solem ⁊ illi oppositi. scilicet vnus alteri perdet natus vtrunq̧ oculum.

¶ Dicit Haly in commento eiusdem maius impedimentum in duobus luminaribus est cum fuerint duo mali idest saturnus ⁊ mars ascendentes ante solem ⁊ post lunam: ⁊ vnus eorum in oppositione alterius. ⁊ sol significat oculum dextrum. luna vero sinistrum. Et ineuitabile est quin natus amittet vtrū q̧ oculum cum fuerit significator in eius natiuitate hoc modo. Stelle vero nebulose sunt he achoraye: caput geminorum: ⁊ locus in quo cadit aqua quaz fundit aquarius gutte leonis ⁊ alie que non lucent. Dicit Haly Abenragel in rationibus huius domus primitus loqui volumus in hoc capitulo in occasionibus ⁊ accidentibus que accidunt in spiritu ⁊ sunt infirmitates spiritus. Postmodum loquemur in his que accidunt in corpore ⁊ sunt infirmitates corporis. Postea dicit dico q̄ demoniaci sunt illi qui non habent in natiuitatibus suis. Mercurium cum luna in aliquo aspectu: nullo eorum aspiciente ascendens: ⁊ fortior in natiuitate sua si diurna fuerit q̄ si saturnus: ⁊ si nocturna Mars: ⁊ quis eorum fuerit sit in angulis ⁊ hec est natiuitas demonum. Quando sol damnatus fuerit ab infortunis vel a domino domus infirmitatis ⁊ fuerit super terram in natiuitate diurna vel luna in tali damnatione sub terra in natiuitate nocturna accidet nato cecatio in oculo dextro. Et si hoc infortunium solis fuerit sub terra in natiuitate nocturna vel super terram lune in natiuitate diurna istud damnum ⁊ cecatio erit in oculo sinistro. Quando sol ⁊ luna fuerint ambo in sexta domo infortunati natus sine aliqua dubitatione cecabitur. Quando Mercurius fuerit iunctus cum saturno vel in eius aspectu quarto vel opposito: aut fuerit cadens ab angulo in loco vili ⁊ infortunato: aut combustus fuerit vel retrogradus: aut peregrinus in signo muto natus ex quacunque harum significationum erit lingua damnatus vel mutus. Quando Mercurius fuerit dominus sexte domus: vel in oppositione saturni natus surdus erit Maior ⁊ fortior significatio mutitatis est quando dominus ascendentis ⁊ dominus exaltationis sue: ⁊ doñs triplicitatis eius: ⁊ mercurius ⁊ luna sint omnes in signis mutis. Quando sol fuerit ifortunatus vel dānatus sub terra significat damnationem stomachi. Et quando luna fuerit dānata sub terra significat dānationē pulmonis. Et si Mars fuerit hoc modo: signifi

cat damnationem epatis. Et si Saturnus hoc modo fuerit: significat damnationem splenis. Et si Mercurius hoc modo fuerit: fellis damnationem significat. Dicit Ptolemeus in. 89 propositione centiloquij detestabilius in significatione egrotantis est vt sit significator interrogationis ingrediens sub radijs vel sit pars fortune infortunata. Dicit Haly Abenragel in questionibus huius domus, si queretur a te pro aliquo infirmo vtrum sanabitur aut non: aspice lunam ⁊ solem ⁊ almutem ascendentis: ⁊ si fuerint liberi ab infortunis ⁊ non habuerint aspectum cum domino domus mortis. dic ꝙ euadet ab illa infirmitate. Et si duo eorum fuerint sicut diximus similiter euadet. Et si luna ⁊ almutem ascendentis: ⁊ maxime si ipsa fuerit domina temporis. idest si questio fuerit nocturna habebunt aspectum cum domino domus mortis non poterit liberari a morte. Et qualibet vice qua aliquis significatorum applicuerit infortune fortificabitur infirmitas quousqꝫ seperetur ab eo. Tempus mortis erit quando almutem ascendentis: aut luna se coniunxerint cum domino domus mortis: aut cum infortuna que ipsam infortunauit: aut ꝙ applicet ad quartum vel oppositum aspectum eius.

SEptima domus. Hic ponit significationes septime domus. Et dicit ꝙ septima domus significat mulieres ⁊ nuptias ⁊ conditiones ⁊ oppositiones. Anduzgaz dixit ꝙ primus dñs triplicitatis septime domus significat mulieres. secundus significat contẽtiones. tertiꝰ participationes ⁊ cõmixtiones. Dicit Ptolemeus in rõnibus huius domus conuenit vt aspiciamus in cõiugio virorũ statũ lune hora natiuitatis viri ita ꝙ primo aspiciamꝰ ad lunaꝫ si fuerit in duabꝰ quartis oriẽtalibus erit cõiugiũ viri in sua pueritia aut copulabitur cuꝫ puella postq̃ꝫ dies intrauerit. Et si fuerit in duabꝰ quartis occidentalibꝰ cõiugiũ erit tardũ aut copulabit᷑ cũ vetula. Et si luna fuerit sub radijs ⁊ participata fuerit cũ saturno nũq̃ꝫ copulabitur. Et si applicuerit saturno copulabit᷑ cuꝫ muliere laboriosa ⁊ praua. Et si applicuerit Joui erit mulier abstinentie bone ⁊ boni ornamenti. Et si applicuerit marti erit audax ⁊ superba. Et si applicuerit veneri erit pulchra leta ⁊ bone receptionis. Et si applicuerit mercurio: erit bona intelligens ⁊ bonorum verborum. Et conuenit vt aspiciamus coniugium mulierum a statu solis hora sue natiuitatis ita ꝙ si fuerit sol ĩ duabꝰ q̃rtis orientalibꝰ cõiugiũ mulieris hñtis talem natiuitatem: erit in sua pueritia vel copulabitur puero postq̃ꝫ in dies processerit. Et si fuerit in duabus quartis occidentalibus: copulabitur tarde aut vetulo postq̃ꝫ in dies processerit. Et si sol fuerit participatus cum saturno erit maritus bone legis amator laboris. Et si habuerit participationẽ cuꝫ Joue erit abstinẽtie bone nobilis cordis. Si cum marte erit fortis cordis sine vllo amore. Si cum venere erit limpidus. Si cuꝫ mercurio erit profectuosus in suis factis ⁊ factor multarũ rerũ. Dicit Haly abenragel in q̃nibus huius domus. Si quis a te quesierit pro coniugio si erit vel non aspice ascendens ⁊ eius dominũ ⁊ lunaꝫ ⁊ planetam a quo separat᷑ ⁊ da hos pro significatoribꝰ q̃rentis ⁊ septimã domũ ⁊ eius dñm ⁊ planetam cui applicuerit luna pro significatoribꝰ illius pro quo querit᷑. ⁊ si querens fuerit masculus coniũge solem cũ significatoribus suis ⁊ fac eum participem in significatione. ⁊ si querens fuerit mulier da sibi venerẽ: ⁊ fac eã participem in significatiõe. postmodũ aspicias cuiusmodi applicationẽ hẽat dñs ascendentis vel luna cum dño septime domus ⁊ cuiusmodi applicationem

hēat planeta a quo separatur luna cum planeta cui applicat. vel venus cum so-
le. Unde si dominus ascendentis vel luna applicuerit domino septime domus
vel planeta a quo separatur luna planete cui applicat. vel fuerit dominus ascen
dentis vel luna in septima domo significat ob querens hēbit rē quesitā tñ cū pe
titionibus ꝛ precib⁹ multis. Et si applicatio fuerit de q̄rto vel oppositione signi
ficat ꝙ res ista erit tñ cū tarditate ꝛ labore ꝛ pena. Sꝫ si dñs septime domus ap
plicuerit dño ascendentis vel plāeta cui applicat luna plāete a quo ipsa separat
vel fuerit dñs septime in ascendente res illa leviter fiet ꝛ cum magna voluntate
mulieris ꝛ sue partis: maxime si applicatio illa fuerit de tertio sextili. Et si non
inveneris aliquam applicationem iter significatores significat ꝙ res nō erit. Si
aliquis querat a te si nocte illa cōplebit voluntatē suam cū muliere vel nō aspi
ce si inveneris in q̄ōne venerē aspicientem ascendens. dic ꝙ questio sua comple
bitur illa nocte. Et si questio fuerit si habuerit rem cum muliere illa nocte prete-
rita vel non iudica hoc eodem mō nec plus nec minus. Si queratur a te pro ali
qua muliere si est virgo vel non aspice ascendēs ꝛ dñm eius ꝛ lunā ꝛ si eos inve
neritis in signis fixis. dic ꝙ est virgo salva ab omni labe lipida. Et si fuerit in
signis communibus vel mobilibus. dic ꝙ est mulier ꝛ hēt vel habuit maritū.
Et si questio fuerit pro puella que dicit se virginem: dic ꝙ est corrupta. ꝛ ꝙ ha
buit aliquis rem cū ea. Si querat a te pro aliqua muliere quot maritos hēbit
aspice a domino decime vsqꝫ ad gradū martis. ꝛ ꝙ planetas inveneris iter eos
tot maritos habebit. Et si mars fuerit in septima domo aspicias a marte. vsqꝫ
ad Iovem hoc eodem modo ꝛ iudica secundum id ꝛ certificabis cum deo.

Octava domus.

Hic ponit significationes octave dom⁹. Et dicit ꝙ octava domus est domus mortis ꝛ timoris ꝛ significat hereditates mortuorum quas heredes de
bent possiderē post mortem. ꝛ significat finem annorum vite post senectutem.
Dicit Anduzgam primus dominus triplicitatis huius domus significat timo-
rem. Secundus significat precepta ꝛ res antiquas. Tertius significat hereditas
mortuorum: dicit Ptolemeus convenit vt inspicias ad statum gradus interfici
entis quis planetarum sit ibi vel aspiciat ipsum: ꝛ secundum naturam illius erit
iudicium de morte: ita ꝙ si saturnus fuerit dominus mortis accidet propter in
firmitates longas. propter ptisim scilicet ꝛ reumata ꝛ propter defectum nature
ꝛc. talia. Et si Iupiter fuerit dominus mortis erit mors propter apostemata gu
le ꝛ pulmonis ꝛc. huiusmodi. Et si fuerit mars erit mors propter febres con-
tinuas ꝛ acutas. Et si fuerit venus accides mors propter infirmitatem stoma
chi ꝛ epatis. ꝛ cordis ꝛ per fluxum sanguinis ꝛ apostemata euntia per corpus
ꝛ fistulas ꝛ si fuerit mercurius erit mors propter epilentiam ꝛ propter stulti-
am ꝛ amissionem sensus. ¶ Haly dicit in commento decimooctavo ꝑpositiōis
quarte partis. Ptolemeus divisit nobis mortem in duas maneries. vna est pro-
veniens ex infirmitatibus. Alia est proveniens a re in qua non habet physicus
quid videre: sicut cui moritur gladio: lancea: casu: igne ꝛ morsu bestie ferie vel
aque submersione ꝛ alijs multis occasionibus. Et quando planete guberna-
tores salvi fuerint ab infortunis ꝛ in suis met dignitatibus ꝛ potentes ꝛ quan-
do super eos nullus planeta contrarius elevatur: tunc accidit mors propter in-
firmitates. Alia autem mors accidit quando planete fuerint infortunati vel
debiles vel in dignitatibus alienis eis contrarijs aut planete contrarij elevati

fuerint super eos. ¶ Narrare autem omnes maneries quibus contingit mors esset hic nimis longum ⁊ qui voluerit hoc inueniet in quarta parte quadripartiti Ptolomei. Dicit Ptolomeus in.74. propositione centiloquij. Cũ fuerit mars corporaliter iunctus capiti algol ⁊ non aspexerit luna ascendentem nec fuerit fortuna in.8. domo ⁊ dominus anauba luminarium oppositus fuerit marti vel in eius aspectu quarto nati caput truncabitur. Quod si luminare fuerit in medio celi suspendetur. Et si fuerint mali aspicientes a geminis ⁊ pisce abscindentur ei manus ⁊ pedes. Dicit Haly in commento quando fortuna fuerit in domo octaua prohibet malam mortem. Audiui siquidem a quodam qui erat cuȝ filio Haly valde animoso in mari qui cum vellet ingredi mare nimis tumultuosum ventis vndas agitantibus ipsum increpasset dixit. non timeo mihi mortem in mari. Jupiter enim fuit in natiuitate mea in domo mortis ⁊ orientalis qui prohibet mihi malam mortem. ⁊ vidi inquit in lecto illum mori. Accidit etiam mihi vt quidam serviientes ostenderet mihi natiuitatem filij domini sui inueni solem in medio celi: ⁊ ipse erat dominus anauba ⁊ ylech ⁊ martem in quarto aspectu eius et saturnum in angulo terre eius ascendens piscis: vnde exterritus distuli dare iudicium dicens oportet vt antequam iudicem compleantur dies nutritionis. Cum autem de puero valde solicitarem circa inuestigationem motuũ vel morum suorum nihil intellexi vnde sibi timerem truncationem manuum et pedem et infurcationem cum esset mansuetus et verecundus Cunque peruenisset ad.30. anno ingressi sunt quidam domum eius fugentes eo ꝙ accusati erant de dolo super eum qui preerat vrbi et deprehensi fuerant in domo illa et ipse cum eis amisit manus et pedes et infurcatus est. et ego vidi eum absque manibus et pedibus infurcatum. Dicit Ptolemeus in.59. propositione centiloquij: cum interrogatus fueris de absente non iudices de eo mortem donec remoueas ebrietatem ab eo. nec vulneratum donec tollas sanguis munitionem. nec substantiaȝ acquisitam donec pecuniam sibi commissam remoueas est enim in his hominibus idem iudiciũ. Dicit Haly in cõmento ibidem. qui tractat de iudicijs iudicat per formas que sunt prope veritatem ideo. non inuenit infortitudine iudiciorũ ptitio inter sopitũ et mortuum: et inter vulneratum et minutum nec inter illum cui cõmissa est pecunia: et illũ qui acquisiuit illam. Audiui siquidem a patre meo cui deus parcat ꝙ cum ipse fuisset cum his qui se absconderunt a facie imperatoris. cum abraham filio almothedi ꝙ quotidie visitabat eum occulte alhasten filius habrahe astrologus: qui precepit vt afferret concam eneam magnam aqua plenã in qua ponens scabelũ cõsuluit ei vt desuper sederet in maior parte diei. et hoc ideo p̃cepit vt faceret errare astrologos iperatores in esse absconditoꝝ: et cum iperator quereret ab astrologis suis vbi ille esset dixerunt ꝙ esset in medio maris. Dicit haly abenragel quando mars fuerit in octaua domo damnificans dominum octaue domus mors nati erit ex ferro. Et si saturnus fuerit in octaua domo damnificans dominũ octaue domus mors nati erit propter carcerẽ ⁊ penas. Quando luna fuerit in octaua domo cum cauda draconis significat. ꝙ mors nati est propter secessum vel medicinam laxatiuam. Quando mercurius fuerit in octaua domo cũ cauda significat ꝙ mors nati erit propter mala opera aut propter toxicum aut facta nigromantie. Qñ gradus occidentis ⁊ eius dñs ambo damnati fuerit nato significant malam mortem. Qñ sol fuerit damnatus in natiuitate diurna vel luna in nocturna significant illud idẽ. Qñ significatores dãnati fuerint super terraȝ

manifestam mortem significant et patentem. Et quando damnati fuerint sub terra mors erit abscondita et oculta. Quando aliqua infortunarum fuerint in octaua domo vel iuncta domino octaue domus significat fortem et malam mortem. Et si aliqua fortunarum fuerit in octaua domo vel iuncta domino octaue dom⁹ significat bonam et pulchram mortem. Et si iupiter vel venus fuerit in hac domo fortis et libera radijs infortunarum natus erit fortunatus et laudatus, et viuet annis. 73. et forte plus.

Nona domus. Hic ponit significatiões none domus. Dicit q̄ nona domus significat peregrinationes et longa itinera et significat epistolas et legatos et rumores atq̃ somnia. Dicit Anduzgam q̄ primus dominus triplicitatis huius domus significat peregrinationes et omne quod ei accidit in peregrinationibus. secundus significat fidem ac religionem. tertius significat sapientiã et somnia. Dicit Haly aben ragel in rationibus huius domus aspice in itineribus nati premitus a domio triplicitatis domus itineris: quoniam quando dominus triplicitatis domus itineris primus fuerit in bono statu et fortis fortunatus et receptus significat q̄ natus ibit per itinera et mouebit se de vno loco ad alium et erit fortunatus in itineribus suis. Et si fuerit in diuerso statu ab eo quod diximus habebit impedimẽta et grauamina in itineribus et motibus suis et erit vilipensus i eis et extrahetur et expelletur de terra et loco suo: nec in suis itineribus aliquam vtilitatem vel lucrum habebit. Et si dominus triplicitatis domus itineris. secundus fuerit in bono statu fortunatus et receptus natus erit bone legis religiosus et custos legis. Et si fuerit in diuerso statu erit male legis nominabitur malus. et de malis operibus et incredulus. Et si dñs triplicitatis tertius fuerit in bono statu natus erit veridicorum somniorum: et quicquid videbit in somnijs veridicum erit: nec mentietur. Dicit idem haly scias q̄ mercurius habet posse ac significationem propriam in causa legis et legalitatis separatum ab alijs planetis. Et scias q̄ quãdo fuerit in domo saturni vel in aspectu eius natus erit profundarum cogitationum firmus in credulitate: laudat res alterius mundi magis q̃ istius: et credit eas ac multum cagitat in illis et amat eas: et tenet q̄ res illius mundi sint meliores q̃ istius. abhorret ludos ioculationes et solatia: humilis et patiens laboris ac indigentia maxime si fortune cadentes fuerint non aspicientes ascendens. Et si Mercurius fuerit in domo Jouis vel in eius aspectu natus erit boni nominis bone legis et legalitatis et legis in qua fuerit obseruator. Et si fuerit i domo martis: vel in eis aspectu: et fuerit idem aspectus de quarto vel oppositione natus erit homicidia irascibilis male factor male legis et vilipendet legem suam.

Decima domus. Hic ponit significationes decime domus. Dicit q̄ decima domus ẽ dom⁹ regni et sublimationis et exaltationis memorie et vocis in iperando et magisteriorum atq̃ matrum. Et significat dimidium annorũ vite. Dicit anduzgaz dominus triplicitatis decime. Primus significat opus nati et exaltationẽ suã et sedis sublimationem. Secundus significat vocẽ imperij et audaciã in imperãdo. tertius significat stabilitatem atq̃ durabilitatẽ eius. i. quantũ durabit in dominatione sua. Dicit Ptolemeus in. 15. ppositione centiloquij. Ascẽdẽtia inimicorum regni ab eiusdẽ ascẽdẽte cadẽtia sunt et ascẽdẽtia dñationũ in illo angulo eius. Ascẽdẽtia vero ministrantiũ succedẽtia angulus. Ciuitatũ aũt ascẽdẽtia in earũ

edificationibus indicant omnia que in eis occident. Que vero ascendentia sunt in regum ordinationibus quarundam ciuitatum pronunciant omnia que sub eorum regno fient: ⁊ ascendens apparitionis alicuius secte in illis scilicet ciuitatibus demonstrat quicquid sub illa secta futurum est in ipsis ciuitatibus. Dicit ibi Haly in commento ꝙ signa cadentia sunt quorum nullus est angulus vel post angulum ⁊ sunt quattuor: scilicet duodecimum tertium sextum ⁊ nonum ab ascendente. Et dicit ꝙ notum est omni astrologo ꝙ cum fuerit ascendens natiuitatis: aut aliquis angulus eius ascendens aut aliquis angulorum inceptionis regni fueritque natiuitatis alicuius cui regnum congruat perficietur ei regnum in illo regno: eritque ei in illo honor ⁊ non in alio. Quippe reges antiqui omnium nascentium in regnis suis natiuitates obseruabant: ⁊ cuiuscunque ascendens deprehendebant domum inimicorum regni vel sextum vel tertium vel nonum interficiebant ipsum puerum quia regnum ipsius esset contra regnum eorum. Et paucis interpositis dicit ꝙ ascendens alicuius ciuitatis est signum cuius ascensione incipit quis collocare primum lapidem in illa. Ascendens secte est ascendens signum in tempore quo illa secta incipit preualere super aliam sectam ⁊ susceperunt eam immorantes: ⁊ illud significat quantum durabit: ⁊ quicquid accidet in illa quamdiu durauerit. Dicit Haly abenragel qñ signum medij celi fuerit ex signis igneis maxime si fuerit leo vel aries: ⁊ sol in eo: ⁊ pars regis fuerit ibi in aspectu fortunarum natus sine vlla dubitatione rex erit.

Undecima domus. Hic ponit significationes vndecime domus. Dicit ꝙ vndecima domus est domus fortune ⁊ fiducie atque laudis: ⁊ amicorum ⁊ ministrorum ⁊ auxiliatorum. ⁊ significat postremã medietatem medie vite. Dixit Anduzgam ꝙ dominus triplicitatis domus fiducie primus significat fiduciam. Secũdus significat amicos. Tertius significat vtilitates seu profectus eorum. Dicit Ptolemeus in. 39. propositione centiloquij: esse malum vndecime domus ⁊ eius domini in intronisatione regum significat quid accidet in consiliatoribus suis ⁊ eius substantia de malo. ⁊ eodem modo erit malum esse secunde significans: ꝙ modicum adipiscetur. populus cum illo rege. Dicit Haly in commento. Astrologi conuenerunt super hoc ꝙ domus decima in omni ordinatione regum est locus eius: ⁊ vndecima auxiliatorum eius ⁊ eius substantie ⁊ ascendens est populi: ⁊ secunda substantie populi: ⁊ ideo impedit vndecima consiliatores: ⁊ secunda substantiam populi. Dicit Haly abenragel in rationibus huius domus. Aspice a dominum triplicitatis huius domus primum: si inueneris eum receptum fortunatum ⁊ fortem iudica ꝙ natus habebit amicos multos lucra vtilitatem ⁊ bonum pro eis. Et si fuerit infortunatus ⁊ dãnatus natus erit solitarius ab hominibus non hñs amiciciam cum aliquo ⁊ retrahet ⁊ elongabit se ab illis qui procurant amorem, ⁊ societatem ipsius. Et si dominus triplicitatis ipsius domus secundus fuerit fortis fortunatus ⁊ receptus erit fortunatus honoratus ⁊ diues abundãs ĩ bono statu ⁊ bone vite. Et si fuerit ab hoc statu diuersus erit laboriosus: ⁊ indigens ac paupertatis ⁊ miserie manifeste. Et si dominus triplicitatis ipsius domus tertius fuerit fortunatus fortis ac in bono statu natus habebit filios remansuros post eum in bono statu ⁊ diuitijs ⁊ fortuna sua. Et si fuerit infortunatus debilis ⁊ cadens ac in malo statu natus non habebit filium qui post eum remaneat nec heredem sue generationis

tus q̄ esse possit in amicorum causa est: vt dñs ascēdētis sit receptus a domino: vndecime domus eodem domino. vndecime domus existēte fortuna ⁊ in bono statu: qm̄ qñ sic fuerit habebit amorem ⁊ ꝯueniētiam cum socijs ⁊ amicis.

Duodecima domus.

Hic pōit significatiōes. 12. domus. Et dicit q̄ 12. domus significat inimicos ⁊ labores tristitiam atq̄ inuidias ⁊ susurrationes ⁊ igenia atq̄ bestias que equitātur significat finē vite: ⁊ quid ꝯtinget mulieribus in ipregnatiōe. Dicit Anduzgā q̄ primus dñs triplicitatis huius domus sigt inimicos. scds sigt labores. tertius bestias magnas: ⁊ iponit finē dictis dicēs hoc est q̄ sigt. 12. domus. Dicit Haly Abēragel in iudicijs huius domus. Aspice primitus ad dñz triplicitatis huius domus primū: ⁊ si iueneris eū fortunatū forté ⁊ aliū iudica q̄ inimici nati appodiabūt eo super eū ⁊ de se faciēt qcqd voluerit. Et si fuerit cadēs dānatus ⁊ cōbustus ⁊ peregrinus natus appodiabit se super inimicos suos: ⁊ ipsi ipedient ⁊ accidet eis malū qd credebāt facere nato. Et dñs triplicitatis 2s huius domus fuerit fortunatus natus habebit modicas tristicias ⁊ anxietates. Et si fuerit in diuerso statu erit multarum impietatū ⁊ tristiciarum ⁊ accidēt ei labores ⁊ impedimēta ⁊ dāna magna in eo qd h3 ⁊ in corpore suo. Et si dñs triplicitatis huius domus tertius fuerit fortunatus natus erit oyalecticus ⁊ eloquente bone ⁊ felix in rōnibus ⁊ causis suis: ⁊ cōtra quēlibet aduersantē sibi prosperabitur. Et si fuerit in diuerso statu erit debilis ratiōis ac loquele impedite: nō habebit ius de aduersarijs ⁊ suis malefactoribus.

Significant ⁊ duodecim domus


colores. Hic ponit significatiōes. 12. domorum: qm̄ ad colores. Et dicit q̄ prima domus ⁊. 7. sunt albe. 2. ⁊. 12. virides: ⁊. 3. et. 11. sunt crocee. ⁊. 4. et. 10. sūt rubee. 5. et. 9. sunt hñtes colorē mellis. 6. et. 8. sunt nigre. Postea dicit q̄ quelibet planetarum h3 in aliq̄ istarum domorum quādā ꝑtātē accñtalē que vocat gaudiū. Mercurius enī3 gaudet in ascēdēte. luna gaudet in. 3. domo. Venus in. 5. Mars in. 6. Sol in. 9. Jupiter in. 11. Saturnus in. 12. Deinde dicit qd anguli significāt fortitudinē et ꝑfectionē. Cadētes vero ab angulis significāt debilitatē et detrimētum excepto q̄. 9. domus. et. 3. significāt rem apertā: et detectam cū fama: et hoc io q2 sunt gaudia luminarium sicut iam dicebat qd sol gaudet in. 9. et luna in. 3. Et. 12. domus et. 6. significāt occultationē et vilitatē rerum. postea dicit qd anguli. s. prima domus. et. 10. et. 7. et. 4. et dñi ipsorum angulorum significāt magnitudinē honoris et fortune: et elōgationē a casu et isortunio. Et ꝑsentia dñorum angulorum in cadētibus ab angulis significat isortuniū et dedecus et casum. Et. 11. domus q̄ succedit decime: et eius dñs significāt fortunam mediā. i. significāt fortunam. sed nō tantā quātam. 10. Et. 5. domus que succedit quarte significat fortunā mediā p dōatiōes et causas filiorum. Et secunda domus et eius dominus significāt fortunā mediam ex cā subē ministrorum et auxiliatorum. Et. 8. domus et eius dñs significāt fortunā mediā ex suba que hereditat a mortuis et a rebus occultis. Postea pōit significationes dñorum angulorum cum fuerint pñtes in ipsis angulis. Et dicit q̄ ꝑsentia dñi ascēdētis in ascēdēte significat eius fortunam per semetipsum et per propriam acquisitionē. Et si fuerit in. 7. sigt acquisitionē per cōuētiōes et vxores. Et si fuerit in. 10. significat acquisitionē per magisteria. Et si fuerit in quarta significat acquisitionē per hereditates: et ex cā patrum: et per ꝑductionē aquarum et popu

bationē terrarū ꝛ ex rebus antiquis ꝛ radicalibus: alia lr̃a h̃z eradicalibus. Pre-
sentia võ dñi decime in.10.domo sig̃t fortunā p regē ꝛ regnū magnū ꝛ p magi-
steria alta. Et si fuerit i.7.sig̃t regnū p victoriā ↄtētionū ꝛ p cās vxorū. Et si fuerit
in.4.sig̃t regnū p cās ministrorū regis ꝛ p cult⁹ terrarū ꝛ p edificatiões ciuitatū
ꝛ diuisiões fluminū ꝛ p custodias ciuitatū ꝛ ex reb⁹ antiqs. Et si fuerit i ascēdēte
sig̃t regnū p igenia ꝛ ppinqtatē regis ex reb⁹ vulgi. Pñtia dñi.7.domus i.7.do-
mo sig̃t fortunā p negociatiões ꝛ p ↄuētiões ꝛ cōmēdatiões.i.depōnes ꝛ p mu-
lieres ꝛ p satores. Et si fuerit in.4.sig̃t fortunā p ↄuētiões ꝛ negociatiões ꝛ p cās
prm̃ ꝛ ereditatū ꝛ cult⁹ terre. Et si fuerit in ascēdente sig̃t fortunā p ↄuētiões ꝛ ne-
gociatiões ꝛ p cās medicie ꝛ astronomie ꝛ p opa spūalia atq; igenia ꝛ cetera silia.
Et si fuerit pñs in.10 sig̃t fortunā p ↄuētiões ꝛ negociatiões et vxores et p cās re-
gni. Pñtia võ dñi.4.domus in.4.domo sig̃t fortunā ex fructu et p cās prz atq;
p res antiqs. Et si fuerit pñs in ascēdēte sig̃t fortunā ex cultu terre ꝛ fructu p pspū-
ditatē ↄsilij ꝛ igeniū: ꝛ si fuerit pñs in.10.domo sig̃t pfectū ex cultu terre ꝛ fructu
p cās regū ꝛ magisteriorū. Et si fuerit pñs in.7.domo sig̃t fortunā ex cultu terre
ꝛ fructu et ex pte mulierū et p cās vxorū et satorū et p negociationes. Deinde dicit
hec q̃ diximus significāt dñi angulorū qñ fuerint pñtes in ipsis angulis. Et sicut
dcm̃ est de angulis: ita itelligas de alijs domibus suo mõ sm nām.s.cuiuslibz do-
mus: et dicit qđ iõ itroduxit dños angulorū: vt sint exēplar in alijs domibus.

ET cum volueris scire planetā dñatorē. Hic auctor docet eligere si-
gnificatorē: et põt diuidi in duas ptes: qm̃ in prima pte
facit ꝙ dcm̃ ē. In scđa pte põit exēplū ibi. Verbi grã. Snia auctoris ē ista
ꝙ in cognoscēdo significatorē rei debemus aspicere ad duo. primo debem⁹ aspi-
cere ad domū in q̃ est nã illius rei cuius q̃rimus significatorē. Scđo debemus
aspicere ad planetā q de sui nã sig̃t illā rē. vbi grã. Si qđ fiat p suba debem⁹ aspi-
cere ad scđaz domū q̃ est domus sube: et cū hoc debemus aspicere ad Iouē qui
sig̃t de ppria nã subaz. Et si qđ fiat de muliere debemus aspicere ad.7.domuz q̃
est domus mulierū. et cū hoc dēmus aspicere ad venerē q̃ de ppria nã sig̃trix mu-
lierū: et sic de alijs sm pprias nãs domorū et planetarū. Et tñ itelligēdū ꝙ plane-
tā quē eligimus ex pte domus dēmus tenere p sig̃tore pncipali. Et planetā q sig̃t
nām rei dēmus facere pticipē in sig̃tiõe. Est g snia lr̃e: cū volueris scire planetaz
dñatorē siue sig̃torē rei aspice qs planetarū hēat plures fortitudines in domo rei
q̃site ex fortitudinibus dcis in.c.de fortitudinibus et dignitatibus ipsorū. Et ille
q abūdat in numero fortitudinū ille est dñat ꝛ siue significator. Et est itelligēduz
ꝙ in interrogationibus ascendens siue prima domus semper attribuit querenti
et planeta abundās in numero fortitudinum in domo illius rei de qua fit que-
stio est significator rei quesite. Auctor ponit exemplum in littera. Et dicit si inter-
rogatus fueris de substantia. et volueris scire quis planetarum: sit dominator
siue significator eius et fuerit scđa dom⁹ q̃ est dom⁹ substātie.5.grad⁹ arietis. qz
arietis est dom⁹ martis h̃z ibi mars qnq; fortitudines. Et est exaltatio solis. et iõ
sol h̃z q̃tuor fortitudines rõne illi⁹. Et est etiā solis triplicitas et rõne illi⁹ h̃z ibi
tres fortitudines: et est termin⁹ iouis: et rõne illi⁹ hēt ibi duas fortitudines: et faci-
es martis. et rõne illius h̃z ibi vnā fortitudinē. Sol igitur h̃z ibi.7.fortitudines. et
mars sex. et Iupiter duas: patet ergo ꝙ sol h̃z ibi plures fortitudines. Et talis pla-
neta. scilicet habens plures fortitudines vocatur almutā idest vincens. ergo sol

in tali figura esset significator substantie et eodem modo faciendum est de alijs.

Ex potestatibus. quoqȝ planetarum accidentalibus. Ista pars continuatur sic. Prius au ctor determinauit de dignitatibus planetarum essentialibus. Hic deter minat de dignitatibus ipsorum accidentalibus: et expedit se breuissime dicens: ꝙ est vna dignitas accidentalis planetarum que vocatur haim et est hec vt planeta diurnus sit in die super terrā et in nocte sub terra. Et planeta nocturnus sit in no cte super terram et in die sub terra. Et etiā si sit planeta masculinus. ꝙ sit in signo masculino. et femininꝰ in signo feminino: tūc dr̄ planeta esse in suo haim in sua si͞litudine: et erit tunc fortitudo sua sicut fortitudo viri in loco sui ꝑfectus et lucri atqȝ fortune. Et sic cōpleta est expō p͞ime dr̄ie alchabicij itroductorij ad magiste rium iudicioꝝ astroꝝ. ¶ Quidam hō iterrogauit de quodā absente vtrū eēt mor tuus vel viuus et fuit ascendens qōnis. 20. gradus leonis et incidit talis figura.



Aspexi in hac questione et dedi ascendens et eius dominum et lunam absenti pro quo facta fuit questio. Aspexi et inueni dominum ascendentis in medio celi: propter quod videbatur prima facie quod viueret in prosperitate: sed quia inueni saturnum in angulo orientis prope angulum infra duos gradus dubitaui de vita illius specialiter: quia ibidem infortunauit partem fortune. Deinde aspexit ad dominum mortis et inueni venerem fortiorem ibidem idest in domo mortis plura habere testimonia quia exaltationem et triplicitatem. aspexi ad locum eius in figura equaliter se haberet ad ascendens et ad dominum ascendentis et ad lunam et inueni eam aspicientem ascendens aspectu quarto et saturnum ibidem existentem eodem aspectu propter quod magis dubitaui de vita. Deinde aspexi ad lunam et inueni eam oppressam sub radijs solis hoc fuit vnum signum mortis. Inueni etiam lunam separatam a venere euntem ad coniunctionem domini ascendentis et transtulit naturam domini domus mortis ad dominum ascendentis. Hoc fuit certius signum mortis. Ex his collegi quod homo ille pro quo facta fuit questio esset mortuus: inuentumque est ita. Et quia Saturnus existens in ascendente fuit dominus septime domus significator vxoris illius pro quo facta fuit questio: et venus significatrix mortis aspexit enim significabat hoc quod forte interfector commiserat fornicationem cum vxore illius pro quo questio facta fuit.

Differentia secunda in naturis septem planetarum.

Ista est secunda differentia huius libri in qua auctor determinat de naturis septem planetarum. Et potest diuidi in quattuor partes: quoniam primo determinat de naturis et proprietatibus septem planetarum. Secundo determinat de ordine seu principatu planetarum in conceptionibus. Tertio de natura capitis et caude draconis. Quarto determinat de ordine planetarum in domino dierum et horarum. Secunda pars incipit ibi de ordine vero planetarum. Tertia ibi caput draconis. Quarta ibi si autem fuerit aliqua dies. Prima pars diuiditur in septem partes: quoniam primo ponit naturam saturni. Secundo iouis. Tertio martis. Quarto solis. Quinto veneris. Sexto mercurij. Septimo lune. vbi partes incipiant patet in littera. Primo ponit naturam saturni et quid significat ex rebus et moribus hominum et ex sectis et cetera. que omnia plane apparent in littera in vsque ad illam partem de annis fridarie. ¶ Circa quam partem est intelligendum quod quando dicit anni fridarie saturni sunt. 11. intelligendum est annus gubernationis in vita nati. Ad cuius euidentiam est sciendum quod in natiuitate diurna incipit fridaria a sole et gubernat ipsum. 10. annis. postea gubernat ipsum venus secundum quantitatem annorum suorum. Deinde mercurius: et sic secundum ordinem planetarum eundo vsque ad finem vite. Si autem natiuitas fuerit nocturna incipit gubernatio a luna et gubernat ipsum secundum quantitatem annorum suorum. Post lunam gubernat ipsum saturnus secundum quantitatem annorum suorum: et sic secundum ordinem planetarum. De hac materia est capitulum proprium in quarta differentia et ibi diffusius loquetur de hac domino concedente. Quando autem dicit in littera: maximi vero: intelligendum est de annis quos dant planete in duratione rerum scilicet in sectis et in alijs magnis rebus. Quando autem dicit maiores et medij et mino-

Anni fridarie

pars 2a ...

res intelligendum est de annis quos dant planete in natiuitatibus hominuz ad viuendum: et sicut dico de saturno ita de alijs planetis intelligas. Dicit Ptolomeus in .82 propositione prime partis maius ac fortius opus saturni est infrigidare et desiccare modicum propter fortitudinem frigoris: et videtur hoc esse pro eo quod est elongatus multum a calore solis et humidis fumositatibus terre. Hic Albumazar redarguit Ptolomeum et ponam deo dante rationes suas in fine huius partis de naturis planetarum. Dicit haly in commento propositionis predicte allegate quod Ptolomeus vult dicere quod saturnus facit hoc opus eo quod opus suum est multum elongatum ab opere solis quod est opus caloris: et a luna cuius opus est attrahere humores: quia quando inspexit comparationem saturni cum sole et luna inueniet quod ambobus erat contrarius. et propter hoc dixit quod conuenit vt frigidus sit et siccus. Et Ptolomeus met glosauit hanc comparationem in eo quod sequitur. Dicit Ptolomeus scire quidem virtutem huius planete et aliorum erit propter rectificationem figurarum in respectu solis et lune: quoniam earum aliquas videmus mutantes aerem vna manerie mutationis et earum aliquas alia manerie in diuersis ordinationibus mutationis augendi et minuendi. Dicit haly in commento. Si memoriaz habes de eo quod tibi diximus quomodo probare possumus stellarum erit virtutes: glosa non indiges in hoc. Et si huius oblitus es ausculta. dico tibi quod sol et luna eo quod eorum opera magis apparent quam opera aliarum stellarum. et sunt nobis magis manifesta: et opera reliquarum stellarum abscondita videntur: conuenit vt inspicias ad stellas habentes communitatem cum duobus luminaribus per figuras. idest per aspectus si augent in suis operibus vel ab eis minuunt: et sic ibis inspiciendo ad omnes: donec certitudinem scias omnium non semel sed pluries. Et si inueneris quod semper sequantur vnam maneriem operandi scies pro certo cuiusmodi virtutem habent. Dicit haly abenragel de natura saturni. Saturnus est planeta senex magnus fessus vilipensus anxietatum tristiciarum longarum infirmitatum. natura eius est frigida et sicca et assimilatur melancolie que gubernatur de omnibus humoribus. et nullus de ea. Quando fuerit almutem alicuius natiuitatis: et ipse in cancro natus erit turpissimi vultus et mirabilis creatura in forma et visione sua: ita quod expauescent et mirabuntur quot quot videbunt eum et audient loqui de ipso. Dicit alfraganus quod corpus saturni est .91. vicibus tantum quantum terra.

Iupiter fortuna masculus. Hic ponit naturā Iouis et planum est quod dicit in littera. Iouis autem virtutis opus est complexionis temperate et locus sui motus est medianus inter frigiditatem saturni et calorem martis et propter hoc conuenit vt calefaciat et humectat. Dicit haly in commēto. multi crediderunt cum audierunt hoc verbum Ptolomei quod opera stellarum secundum eius opinionem sequerentur loca sphaerarum secundum quod vna existit supra aliam sicut credidit hiza auenquinton et alkindus et alij qui cum talibus rationibus nos impedierunt. Ego vero dico quod si opera stellarum sunt secundum naturam quomodo possunt sciri propositiōes quadruuiales: quoniam radices harum ambarum scientiaruz diuerse sunt vna .i. ab alia. Amplius si omnia corpora celestia non sunt alicuius complexionis: calide: humide: frigide: neque sicce sicut probauit

Aristotiles quomodo potest Jouis complexio temperari eo quod sphaera sua existat inter illam martis et saturni. Nam si bene ad dictum inspexeris Ptolemei inuenies non esse prout ipsi crediderunt. Et postquam docuit nos viam qua scirent virtutes stellarum. ponit hoc vice alia in hoc loco dicens quod quando probauerimus modum operis quod operatur in aere nos circundante inuenimus quod est medianus inter magnam frigiditatem quam facit saturnus. et magnum calorem quem facit mars. et hoc affirmat id quod dixit quod calefacit et humectat. dicit haly abenragel Jupiter est planeta equalitatis: constantis: bonitatis: melioramenti: intellectus: sensus. et pietatis: quia temperatus est qualis et fortuna per aspectum et corporalem iunctionem significat bonitatem meliorationem legem simplicitatem et castitatem dirigit et non damnat: populat et non destruit. abhorret saturnum et eius naturas. Quando deus incepit creare mundum erat in domo ascendente lucet in ariete thauro et gemini: et minuitur lux sua in cancro, leone et virgine. obscuratur in libra scorpione et sagittario: et minuitur eius obscuratio in capricorno aquario et piscibus. Dicit alfraganus quod corpus iouis est. 95. tantum quantum terra.

Mars masculinus. Hic ponit naturam martis et patet in littera. Dicit ptholomeus mars proprie desiccat et per vim nature sue comburit eo quod igneum habet colorem et quia circa solem est. et quoniam sphera in qua sol consistit posita est sub eo. dicit haly in commento. Ptolomeus vult dicere quod opus virtutis martis. i. quod experimur inuenimus siccitatis magne. Ad id quod dixit quod virtus martis comburit eo quod igneum habet colorem. dico quod stelle sunt substantie simplicis et non composite ex naturis diuersorum elementorum: apparitio sui coloris est recta. eo quod ibi non est aliquid quod mutet colorem conuenientem eidem substantie. Ptolomeus autem docet nos per hoc dictum: regulam qua scimus virtutem stellarum quam per nos intelligere non possumus et possumus eam intelligere per colorem. In hoc enim dicto adest dubium quod nos soluere oportet. Nam multi credunt quod color non ostendat virtutem rei et hoc est veritas in terrenis propter comistionem elementorum que in eis est. tamen in celestibus non est ita: quia eorum substantia non est vllo modo composita ex aliquo elemento. Et propter hoc rediit Ptolomeus ad probandum hanc virtutem alio modo dicens. et quia existit circa solem: et quia sphaera in qua est sol posita est sub eo vult dicere quod accidit: vt sit veritas res ista quia virtus martis comburit, eo quod existit circa solem: et quia sol est sub eo et commiscetur virtus sua cum illa solis fit calidus multum et siccus: ita quod sine temperamento comburit. dicit haly abenragel mars est planeta calidus et siccus igneus: destructor: iratus victoriosus: diligens occidere et interfectiones. rixas litigia cito irascitur ira forti: totum cor suum exponit in rebus suis agendis: prelia facit et destruit populationes. Exaltatio sua est in domo saturni: scilicet in capricorno qui significat clamores impedimenta et gentem stultam et guerrationes. Conuenit saturnus marti in infortunio: et resistit ei infrigiditate et tenebrositate. et inclinatur soli amore sui et defenditur auxilio eius. quoniam sol exaltatur in domo sua et gubernat eum de calore et siccitate quam recipit ab eodem: proprietas et natura sua conuenit et appropinquat proprietati et nature solis. Nescius est et obliuiosus modici intellectus et diminutus sensu nec considerat rerum fines per eum et per ascensum et per discensum eius in circulo suo crescit et decre-

fert estatis calor et hyemis frigiditas omni anno. Dicit alfraganus qd mars cõtinet quantitatem terre semel et dimidium et octauam partem eius.

SOl per aspectum fortuna. Hic ponit naturam solis et littera glosa non indiget. Dicitt Ptolomeus cognita res est quod opus substantie solis est calefacere et dare aliquantulum siccitatis, et hec opera magis proprie sentiuntur et leuius scita sunt omnibus alijs propter magnitudinem solis et propter manifestam mutationem quam per tempora anni facit et quanto magis accedit ad nostra capita tanto magis calefacit. Dicit haly abenragel scito qp sol est lumen et candela celi gubernator mundi factor temporum: per eum fiunt planete orientales et occidentales: et per eum fiunt apparentes et occulti: et per eũ mouetur omnis res se mouens: per eum nascitur omnis res nascens: crescit omne folium, et maturatur omnis fructus. Ipse est spiritus celi magnus cum eo viuificantur signa: et quodlibet signum quando est in eo habet maioritatem super alia signa, quoniam ipsum viuificat et illuminat et dat ei fortitudinem et calorez et applicat calorem et fortitudinem et virtutem illius signi terre: quia natura et facta sua apparent in omnibus rebus et in cunctis animatis et in animatis existentibus in terra. Et qñ exit de signo in quo est remanet illud signum in similitudine corporis defuncti. Est planeta magni dominij potentie nobilitatis altitudinis et magnitudinis. est fortuna per aspectum et infortuna per coniunctionem corporalem. Uides enim qñ aliquis planeta coniungitur sibi: cõburit et vincit eum et extinguit lumen et lucem suam. Locus suus in celo est quartus. scilicet medius. 7. planetarum. sicut rex sapiens qui per sensum manu tenet regnum suũ et per considerationem ponit sedẽ suã in medio regni sui vt per oĩa latera attingat. Dedit marti militiam suã et quod esse dux militie sue, quia celum solis est sub celo martis et conuenit natura et calor suus cum natura et calore illius. Dedit ioui sua iudicia pp temperiem honestatem saluationem et sue cõplexionis salutẽ: et qr non est in eo qualitas mala nec peccandi natura. Dedit regnum saturno qr omnes planete sua lumina mittunt ad eum, et suas considerationes. Dedit veneri collectionem redditruum et vendendi redditus et emendi, qr celum eius applicat suo et sunt vicini. Dedit mercurio scribaniam: qr status eius est sicut status scriptoris regis q vadit qñ ille vadit et sedet quando ille sedet. Dicit lune algazilaticum: quia est similis algazilo regis qui facit sua mandata et defert ea quocũqz precipit. Dicit alfraganus auctoritate Ptolomei quod corpus solis continet corpus terre centies sexagesies sexies et aliquantulum plus.

☉ fortuna per aspectum · infortuna per ☌

UEnus fortuna femina nocturna. Hic ponit naturam veneris, et patet in littera quod dicit. Dicit Ptolomeus venus ipsamet opera Jouis facit propter temperamentum sue complexionis excepto quod est Joui in re vna contraria, quia calefacit. parũ eo quod existit circa solem et humectat secundum lunam propter magnam lucem quam habet hic planeta eo quod attrahit ad se fumositatem que eleuatur abhumoribus terre. Dicit haly in commento vult dicere quod eius calor est multum minor illo iouis: et propter humiditatem qz facit dicimus qd est quodammodo frigida et plus humida. Quod autez dicit eo qd existit circa solem, dixit eo qp virtus sua vo

luitur cum illa solis. Et id quod dixit humectat sicut luna: vult dicere quod venus facit humiditatem circa eam quam facit luna. Et id quod dixit pp magnam lucē vult dicere quod modicus calor facit humores currere. Dicit haly abenragel venus ē fortuna frigida et humida nocturna hylaris gaudiosa apparentie bone limpida formosa: diligit inculationes cantationes comestiones potationes et vitia: est mansueta et pauci motus est mulierum significatrix et iacendi cum eis amoris amicitie et societatis. recipit marte per naturā fornicationis et limpidamenti abhorret ipsius pp contrarietatem nature sue, que est caliditas et siccitas. Separat se ab eo et malum et infortunam suam repellit a se ipsa pp mansuetudinem bona verba solatium bonum. et mansuetam loquelam. Concordat cum saturno in frigiditate et cōuenientia quam habet cum eo in libra: quia est domus vnius et exaltatio alterius. Et discordat cum eo in moribus tristicijs et doloribus suis et eo quod saturnus est visus modici cum mulieribus. Status veneris cum statu solis est similis statui mulieris versus virum. Dicit alfraganus quod corpus veneris est vna pars. 37. partibus terre.

Mercurius commixtus. Hic ponit naturam mercurij et patet in littera. Dicit Ptolomeus siccitas vero et humiditas mercurij est per vnum equaliter quoniam aliquando desiccat et effugat humores eo quod nunquam elongatur multum a calore solis etiam nullo tempore et aliquando humectat eo quod positus est super sphaeram lune que est circa terram magis quam omnes alie sphaere et mutatur ad hos duos status et facit ventos propter serotinas mutationes eius circunquaque solem. Dicit haly in commento. Vult dicere quod opus mercurij non est vna res sola: quoniam aliquando desiccat et aliquando humectat. cum autem desiccat ē quando soli applicat: et est tunc opus suum in calefaciendo et siccando circa istud solis. Humectare autem suum est propter vim suam que commiscetur cum illa lune que posita est sub eo et quod est opus suum sicut opus lune. Et Ptolomeus quādo comparationem facit de opere mercurij cum illo solis inuenit quod aliquando faciebat opus tale quale sol. Et quando per comparationem facit cum opere lune: inuenit quod aliquando faciebat opus tale quale luna. Et expertus fuit hoc multotiens et inuenit quod semper alterum duorum operum faciebat. et sciuit pro certo quod opus suum est secundum opus aliarum stellarum cum quibus inuoluitur. et opus proprium in se non habet. Dicit haly Abenragel. Mercurius est planeta maleficiorum violentiarum documentorum scribanie computationum scientiarum: calidus est et siccus forme et nature conuertibilis: masculus cum masculis: femineus cum femininis: fortuna cum fortunis: infortuna cum infortunis: bene rationatus: bene loquens: ausus in loquendo: pulchre apparentie: composite persone: diligit libros et computationes. Placent ei magisteria: res bene facte rationes verificari libri ac scientie: agilis est in motu et proprietatis ardentis: alacer et mobilis in omnibus rebus suis: et est vnus trium planetarum significantiū pluuias et per eum et per mutationem suam de signo in signum: et per eum eius statum, ac retrogradationem et directionem ipsius et per oppositiones et coniunctiones suas sciuntur motus ventorum et eius fortitudines scilicet si erunt fortes vel debiles in oibus ptibus illius anni: qn̄ qn̄ erit de vno signo et intrat aliud: vel qn̄ est stationarius aut retrograd⁹ significat vētos fortes hūiditates et pluuiā et i aere accidētia d nubi

de aeris mutatione

pars · 2ª · ron ·

bus turbationes ꝛ his similia. Similiter qñ est in oppositione lune existente luna in aliquo signorum aqueoꝝ vel aereorum significat qd prediximus. In reuolutione annoꝝ mundi habet magnã ꝛ veridicam significationem super tenentes officia regũ. Alfraganus dicit ꝙ quantitas corporis mercurij est vna pars de. 321 milibus partibus corporis terre.

Luna fortuna femina nocturna.

Hic põit naturam lune. sententia littere patet. Dicit ptolomeus maior virtus lune est humectare: pro eo ꝙ est multum circa terram ꝛ propter fumositatem frigidã que per eam eleuatur. ꝛ propter hoc ad statum talem mutantur corpora manifesta mutatione: quia facit mutari ꝛ putrescere corpora vt plurimum: ꝛ habet etiam cum sole participationem modicam in calore pro eo ꝙ recipit lumen ab eo. Albumazar redarguit. ptolomeum in causa naturam planetarum ꝛ sunt verba sua ista: quoniam plures reges grecie fuerunt sapientes post alexandrum filium Philippi: vocabaturq; vnusquisq; eorum ptolomeus: fueruntq; numero decem ꝛ vna mulier: erantq; regnantes in egypto: ꝛ fuerunt anni regni eorum. 275. fuerunt vniuersi sapientes ex quibus fuit ptolomeus vnus qui edidit librum almagesti super causam motus circuli ꝛ quicquid in eo est ex planetis. Et quidam eorum edidit librum de iudicijs astrorum referens eum ad Ptolomeũ auctorem libri almagesti. Diciturq; ꝙ ille qui edidit librum iudiciorum ipse edidit librum almagesti: nesciturq; veritas huius rei: sed ille qui ex eis edidit librum iudiciorum narrauit in libro suo naturas planetarum ꝛ eoꝛ causas. Incipitq; dicere ꝙ sol calefacit in suauitate ac mora ꝛ ꝙ opus eius sit in hoc euidentius ꝛ fortius opere ceterorum planetarum propter magnitudinem eius ꝛ quanto magis eleuatur ad zenith capitum nostroꝛ augetur nobis calor. Et putauit ꝙ natura lune sit humida propter proximitatem circuli eius a terra ꝛ propter receptionẽ vaporum quia ad eã eleuatur ex ea. Et putauit ꝙ natura saturni sit frigida ꝛ sicca propter longitudinem circuli eius a calore solis ꝛ longitudinem eius ab humiditate vaporꝛ terre. Et putauit ꝙ mars natura esset calida ꝛ sicca eo ꝙ color eius similis est igni: ꝛ qꝛ est prope solem. ꝛ quia est sub eo erigiturq; calor eius ad eũ ꝛ calefacit eum. Et putauit ꝙ Jupiter sit equalis complexionis: eo ꝙ sit eius circulus inter circulos saturni ꝛ martis. Et propter hanc causam est natura eius calida humida equalis ꝛ temperata. Et putauit ꝙ veneris natura sit calida humida equalis. calor autem eius ex propinquitate circuli eius a sole. Humiditas vero ex vapore humido qui contingit eam ex terra. Putauitq; ꝙ natura mercurij sit in quibusdam horis sicca ꝛ in quibusdam humida. Siccitas eius propter appropinquitatem eius a sole ꝛ ꝙ nõ elongat ab eo elõgatione maxima. Humiditas vero eius pp ꝓximitatẽ circuli eius circulo lune. Hoc est ꝙ putauit. Ptolomeus in naturis planetarum: ꝛ hec est ratio qua vsus est super hoc. Sed nos dicemus nunc ꝙ sit in eius dictis pungendus idest reprehensione dignus. nam ꝙ putauit ex sole ꝛ calefactione rerum ab eo in suauitate ꝛ mora hoc inuenitur ex suo opere quod autem dixit ꝙ natura lune sit humida pp proximitatem circuli eius a terra ꝛ receptione vaporum qui eriguntur ex terra ad eam hoc repellitur a sapientibus eo ꝙ spacium quod est inter faciem terre ꝛ propinquiorem locũ in quo est luna sit. 128044. miliariorum fere ea mensura qua sit vnũ miliarium. 3000.

falsum

ptolemei

cubitorum. Et hoc patet in libro in quo narrantur longitudines corporum superiorum ab inuicem. Et non plus eleuantur vapores a superficie terre s̃m ꝙ narrauit Ptolomeus q̃ȝ. 16. stadia s̃m ꝙ stadium quadringentorum cubitoruȝ est: nam. 16. stadia faciunt duo miliaria ⁊ decimā ac tredecimā vnius miliarij fere lōgitudo vero lune q̃ magis prope est superficiei terre vt diximus. 128044. miliariorum fere. vnde ergo vel quomō applicat vapor terre ad lunā quousqȝ corrum pat vel mutet naturam eius. Per modū consimilem reprobat ipsum in naturis aliorum planetarū: sed pertranseo causa breuitatis. Haly in commento propositioni preallegate de natura lune r̃ndet. ad rationes Albumazaris. Dicit enim haly exponens verba ptolomei primo. Postq̃ȝ docuit nos ptolomeus ꝙ virtutes stellarum corporum suoꝝ sequuntur magnitudinem ⁊ corpus lune paruum est sicut in almagesti narrauit ⁊ eius opus sequitur opus solis parte vna. Dicit hic ꝙ est hoc pro eo ꝙ multum est prope terrā ⁊ peruenit ad nos eius virtus anteqȝ mutetur ⁊ pp hoc apparet eius opus magis q̃ȝ opus aliarum stellarum. Et videmus visibiliter ꝙ attrahit humores terre ⁊ corporum eam sequentium ⁊ pro eo ꝙ habet lucem a sole operatur in terrenis calorem modicum accidentalē cum quo facit putrescere ⁊ mutari humores existentes in corporibus sicut ostensum ē in physica ⁊ in natura. Et manifestum est ꝙ lux facit calorem: ⁊ pōt hoc probari p specula que cōburunt ⁊ similia. ⁊ quia luna lucem habet a sole conuenit vt habeat modicum calorem quem facit sicut per accidens. Et hoc est id quod vult dicere ptolomeus. Et quia hoc non intellexit Albumazar credidit ꝙ erraret in dicto suo dicens: q̃o pōt fumositas humida ad lunā ascendere cū fumositas ascendere nequeat vltra. 16. stadia ⁊ luna satis longius est. Ego vero risi de dictis talibus qualia sunt hec: ⁊ dixi qualiter non intellexit hoc: quia ptolomeus noluit dicere ꝙ fumositas humida ascendat vsqȝ ad lunam: sed dixit ꝙ ascensus fumositatis humide qui est versus lunam docet nos ꝙ attrahit humores terre ⁊ aliorū corporū eam sequentium sicut adamas trahit ferrum. Alfraganus dicit auctoritate ptolomei ꝙ magnitudo corporis lune est vna pars de. 39. partibus terre: ⁊ dicit ꝙ maius corpus omnium corporꝝ vniuersi est sol ⁊ post solem. 15. maxime sūt stelle: dicit enim ꝙ vnaqueqȝ earum tenet corpus terre centis septies. Tertius in magnitudine est Jupiter: quartus saturnus. Post saturnum sunt stelle fixe secundi ordinis quarum quelibet continet terram nonagesies. Post ipsas sunt stelle tertij ordinis quarum vnaqueqȝ continet terraȝ septuagesies ⁊ bis. post ipsas sūt stelle quarti ordinis quarum quelibet continet terram. 54. post ipsas sunt stelle quinti ordinis quarum quelibet continet terram. 37 post ipsas sunt stelle sexti ordinis ⁊ minor illarum. immo minor omnium que videntur: quartum probatio est possibilis continet terram. 18. Maius corpus post ipsas est mars. post martem terra: post terrā venus: post venerē luna: ⁊ vltimo mercurius. patet igitur secundū alfraganū ꝙ maius oium corporꝝ est sol ⁊ minus mercurius exceptis generabilibus ⁊ corruptibilibus. De longitudine istorū corporꝝ a terra dicit alfraganus ꝙ propior longitudo lune a terra est. 33 tm̃ quantū dimidiū diametri terre ⁊. 20. pars eius eritqȝ hoc. 10412. miliaria. Et est longitudo longior lune que est propior longitudo mercurij sexagesies: quater tm̃ quantum dimidium diametri terre. ⁊. 6. pars eius qd est. 208542 emiliarioꝝ. ⁊ longitudo longior mercurij que est propior veneris est centum sexagesies septies tm̃ quantum dimidiuȝ

Stellar[um] magnitudine

pars 2a con..

diametri terre quod est.542750.milliariorum. Et longitudo veneris longior que est propior longitudo solis est millesies et centies et vigesies tm quantum dimidium diametri terre qd est.3640000. miliariorum. Et longitudo solis longior que est propior longitudo martis est.1220.tantum quantum semidiameter terre quod est.3 6 000.miliariorum. Et longitudo martis longior que est longitudo iouis propior est.8876.tantum quantum semidiameter terre qd est. 28847000. miliariorum. Et longitudo iouis longior que est propior longitudo saturni est 14405. Tantum quantum semediameter terre q est. 4.6816250. miliariorum. Et longitudo saturni longior que est equalis longitudini stellarum fixarum et est quantitas dimidij diametri circuli signorum est.20110.tantum quantum semidiameter terre quod est. 65357500. miliaro. Et cum duplicatum fuerit hoc prouenit quantitas totius diametri circuli signorum idest octaue sphaere que est.130715000 maliariorum. Et cum multiplicatum fuerit hoc per. 3. et septimam vnius prouenit quantitas circunferentie circuli signorum vel cuiusque alterius circuli maioris descripti in octaua sphaera que est.4108185 0.miliariorum: eritque mensura vnius cuiusque gradus circuli maioris. 11 41160.miliaria..

De ordine vero planetarum. Hic ponit ordinem planetarum in conceptionibus puerorum scilicet ordinem in gubernando fetum quamdiu est in vtero matris. Dicit q saturnus gubernat ipsum ab hora conceptionis vsque ad finem vnius mensis. In secundo mense gubernat ipsum iupiter. In tertio mars. In quarto sol. In quinto venus. In sexto mercurius. In septimo luna: et propter hoc vt dicitur puer in septimo mense petit exitum: quia opera omnium planetarum sunt in eo completa: et qui tunc nascuntur possunt viuere propter eandem causam. Deinde reuertitur gubernatio ad saturnum et gubernat ipsum in octauo mense. et tunc qui nascuntur non viuunt propter malitiam saturni. Deinde gubernat ipsum Jupiter in nono mense: et tunc communiter nascuntur et viuunt propter bonitatem iouis. Deinde ponit ordinem planetarum in regimine corporis post natiuitatem quantum ad processum in etatibus: et dicit q luna incipit natum regere ab ingressu eius in mundum et regit ipsum quattuor annis qui sunt anni nutritionis. Deinde mercurius regit ipsum decem annis. Deinde venus octo. Deinde sol nouem. Deinde mars.15. post hoc Jupiter. 12. Deinde saturnus vsque ad finem vite.

Caput draconis. Hic ponit naturam capitis et caude draconis et patet.

Si autem fuerit aliqua dies. Hic ponit ordinem planetarum quantum ad dnm dierum et horarum. Dicit q aliqua dies sit alicuius planete. prima hora illius diei secundum q prima hora incipit ab ortu solis est illius met et secunda hora est planete qui succedit in ordine celorum descendendo. et tertia tertij planete in ordine et sic per ordinem vsque ad finem.12.horarum diei artificialis. Et ille planeta cuius est.13.hora ille est dominus illius noctis: cuius est. 25.hoc scilicet prima hora diei sequentis illius est dies sequens. et auctor ponit exemplum in littera. ideo non est necesse vt ponam. et sic completa e expositio secunde differentie huius libri.

Et quia annuente deo. Ista est tertia differentia huius libri i qua auctor determinat de esse planetarum in semetipsis & de esse eorum adinuicem scilicet vnius ad alterum. Et diuiditur in duas partes: quoniam in prima determinat de esse eorum in semetipsi. In secunda parte de esse eorum adinuicem. secunda est ibi. De esse autem ipsorum adinuicem. Et illa diuiditur in duas: quoniam primo determinat de esse quinqz planetarum respectu luminarium. Secunda de esse eorum inter se. secunda ibi: esse autem. Primo determinat de esse eorum in se ipsis. Et est sententia littere talis planete aliquando dicuntur ascendentes & aliquando descendentes. & aliquando dicuntur aucti lumine & magnitudine: & aliquando diminuti lumine & magnitudine. Et quando dicuntur aucti numero & quandoque diminuti numero. Et quandoqz dicuntur aucti motu & quandoque diminuti in motu. Et omnes planete preter solem dicuntur quandoque septentrionales & quandoqz meridionales: Et dicuntur ascendentes & descendentes in septentrione & meridie. Ista sunt que accidunt planetis in semetipsis. Et ista exponit auctor per ordinem in littera dicens q planeta quandoqz ascendit in circuto suo eccentrico: ita q sit in superiori parte eccentrici sui non distans ab auge per. 90. gradus ante vel retro. & tunc lumen eius apparet minus & etiam apparet minor in quantitate & eius cursus est. tunc tardus quantum ad motum centri epicycli. & dicuntur tuc fortior. Quando autem est aliqua longitudinum mediarum eccentrici sui. scilicet distans ab auge per. 90. gradus precise. tunc est equalis in lumine & magnitudine & cursu idest non dicitur magnus neque paruus in lumie vel magnitudine & motus centri epicycli est equalis cum medio motu ipsius. Cum vero fuerit extra hec loca scilicet distans ab auge plus. 90. gradibus ante vel retro. tuc descēdit & apparet maior lumine & magnitudine & mouetur centrum epicycli. tuc velocius quam medius motus ipsius. Et cum fuerit argumentum planete equatum minus. 180. gradibus scilicet quando additur equatio argumenti super medium motum. tunc dicitur auctus numero. Et si argumentum equatum fuerit plus. 180. gradibus scilicet quando equatio argumenti subtrahitur a medio motu. tunc dicitur numero diminutis. Sed in luna quando additur equatio dicitur aucta numero. quando subtrahitur dicitur diminuta numero. Et quando aliqs trium planetarum aliorum mouetur velocius medio motu suo vocatur auctus motu: & quando vadit minus medio motu suo vocatur motu diminutus. Eodē modo intelligitur de sole & luna. Et quando mouetur tantum quantum medius motus suus. tunc dicitur motu equalis. Et quando venus vel mercurius mouetur velocius quam sol dicitur auctus motu quando tardius dicitur motu diminutus Et quando aliquis planetarum. 6. transiuerit. nodum intersectionis deferentis sui cum eclyptica qui nodus vocatur genzahar est septentrionalis. Et est septentrionalis ascendens idest augens latitudinem quousqz elongatus fuerit ab intersectione per. 90. gradus. Et cum elongatus fuerit plus. 90. gradibus ab intersectione est septentrionalis descendens idest minuens latitudinem quousqz elōgatus fuerit ab intersectione per. 180. gradus. & tunc est intersectione opposita prime & nullam habet latitudinem idest est in eclyptica: & cum transiuerit illam fit eius latitudo meridiana & est meridionalis descendens quousqz elongatus fuerit ab intersectione prima per. 270. gradus. Et cum transiuerit hunc numerum &

De genzahar

meridionalis ascendens quousqꝫ reuertitur ad intersectionem primam vbi latitudo eius erit nulla. Hec est sententia littere de esse planetarum semetipsis.

DE esse autem ipsorum adinuicem

tractemus. Prius determinauit de esse planetarum in seipsis. Hic determinat de esse eorum adinuicem. ⁊ primo de esse quinque planetarum respectu luminarium: Et diuiditur in quattuor partes secundum quattuor esse que habent planete erga solem ⁊ lunam. Primum est visio faciei ad faciem. Secundum est securitas. Tertium est combustio. Quartum est orientalis ⁊ occidentalis. Primo ergo determinat de visione faciei ad faciem. Secundo de securitate. Tertio de combustione. Quarto de orientalitate ⁊ occidentalitate. Prima pars est in principio. Secunda incipit ibi: ⁊ ex hoc ductoria. Tertia ibi: ⁊ omnis planeta. Quarta ibi: ⁊ ex quo altiores. ¶ Sententia prime partis est. Quando aliquis planeta fuerit occidentalis a sole scilicet ꝙ oriatur post solis ortum ⁊ fuerint inter ipsum ⁊ solem tot signa quot sunt inter domum illius planete ⁊ leonem qui est domus solis talis planeta dicitur esse in visione solis facie ad faciem: Verbi gratia: capricornus est domus saturni ⁊ est sextum signum a domo solis: scilicet leone. cum igitur fuerit saturnus in sexto signo a sole cōputando numeruꝫ signoꝝ a sole versus saturnum secundum ordinem signorum. Aliter enim non esset occidentalis si nō computaretur hoc modo. tunc dicitur ipsum videre facie ad faciem. Et signum sagittarij est quintum a leone. cum igitur Jupiter fuerit in quinto signo a sole incipiendo a sole versus iouem secundum ordinem signorum dicitur videre ipsum facie ad faciem. ⁊ sic de alijs. Et quando aliquis planeta fuerit orientalis a luna ⁊ fuerit inter ipsum ⁊ lunam secundum ordinem signorum tot signa quot sunt ter domum ipsius planete ⁊ domum lune: scilicet cancrum. tunc dicitur esse in eius visione facie ad faciem. Verbi gratia: cancer est signum sextum ab alia domo saturni: scilitet ab aquario: ideoqꝫ cum fuerit luna a saturno in sexto siguo est inter eos visio facie ad faciem. Et etiam cancer est signum quintum a domo iouis: scilicet a piscibus: ideoque cum fuerit luna in quinto signo a ioue secundum ordinem signorum est inter eos visio facie ad faciem: ⁊ sic de alijs suo modo poteris exemplificare.

EX hoc ductoria planete.

Hic determinat de secundo esse quinto planetarum erga luminaria: scilicet de ductoria: quod idez est ꝙ securitas. Et est sententia talis quando aliquis planeta est in suo haim ⁊ in aliquo angulorū ascendentis: scilicet in ascendente vel in. 10. vel. 7. vel. 4. domo ⁊ aliquod luminarium sit in aliquo angulorum ab ipso planeta. ita ꝙ sit planeta in die orientalis a sole ⁊ in nocte occidentalis a luna hoc est vt sit in die in. 10 signo. a sole. tunc enim est in augulo a sole ⁊ orientalis. vel in nocte in quarto signo a luna. tūc enim est in angulo a luna ⁊ occidentalis. tunc dicitur esse in sua ductoria. Angulus autem oppositionis non habet hic locum. Ratio est quia planeta existens in opposito solis vel lune necest orientalis necoccidentalis. Postea dicit ꝙ omnis planeta a tempore quo absconditur sub radijs solis vsqꝫ ad tempus quo incipit apparere dicitur combustus. Et incipit cumburi quando incipit intrare radios: ⁊ cum venerit prope solem infra. 12. gradus vocatur oppressus: ⁊ cum fuerit cum sole

Unione aut incorporatione
convalescentia
ortu et occasu planetarum

in eodem gradu ꝛ fuerit inter eos minus semidiametro solis ꝛ cum hoc latitudo planete fuerit minoꝛ semidiametro solis dicitur vnitus vel incorpoꝛatus soli. Et cum transiuerit hanc vnionem dicitur esse in conualescentia donec sit liberatus a radijs solis.

Ex quo apparent altioꝛes tres. Hic determinat de oꝛientalitate ꝛ occidentalitate planetaꝛuꝫ. Dicit ꝙ tres planete superiores quando exeunt de sub radijs solis ꝛ incipiunt apparere de mane ante oꝛtum solis quousqꝫ veniant ad oppositum solis. hoc est ꝙ sint propinquioꝛes circulo oꝛizontis oꝛientalis quam occidentalis quando sol est in linea medie noctis. tūc vocatur oꝛientales ꝛ dextri. Uocantur oꝛientales eo ꝙ oꝛiuntur ante solem: ꝛ vocantur dextri eo ꝙ sunt in dextra parte celi a sole. Pars enim occidentalis est dextra ꝛ oꝛientalis sinistra. Ponatur enim ꝙ homo vertat faciem suam versus meridiem patet ꝙ oꝛiens est sibi a sinistris ꝛ occidens a dextris. Et quando aliquis trium superioꝛum planetarum transiuerit oppositionem solis dicitur occidentalis sinistre. dicitur occidentalis non ꝙ sit in parte occidentali celi a sole: immo huius contrarium est verum. Sed dicitur occidentalis pꝛo tanto. quia occidit post solem. Et dicitur sinister quia est in parte oꝛientali celi a sole que est sinistra secundum ꝙ dictum est. Uenus vero, ꝛ mercurius quilibet eoꝛum infra tempus quo circuit epicyclum suum coniungitur solibis vna vice per directionem scilicet in superioꝛi parte epicycli. Alia vice per retrogradationem scilicet in inferioꝛi parte epicycli. Igitur aliquis eoꝛuꝫ separatur a coniunctione solis in medio retrogradationis. scilicet in inferioꝛi parte epicycli recedit a sole versus partem occidentalem celi. Et quando elongatus fuerit a sole tamen ꝙ potest videri videtur de mane ante oꝛtum solis. ideo tunc vocatur oꝛientalis dextre donec comburatur a sole idest donec iungatur soli in superioꝛi parte epicycli per directionem. Et cum separatus fuerit a sole ꝑ directionem videtur de vespere post occasum solis. iō tunc vocatur occidentalis sinistre donec iterum cōburatur. Et est dīa inter venerē ꝛ mercuriū ꝛ tres superioꝛes venus enim ꝛ mercurius q̄nqꝫ in recessu eoꝝ a sole siue in exitu de sub radijs fiunt oꝛientales ꝛ q̄nqꝫ in exitu eoꝝ de sub radijs fiunt occidētales. Planete aūt superioꝛes semꝑ cū exeunt de sub radijs solis fiunt oꝛientales. Et dicitur augmentari in foꝛtitudine donec sint elongati a sole per. 30. gradus. ꝛ a 30. vsqꝫ ad. 60 dicitur foꝛtes. Et postqꝫ elongati fuerint a sole vltra. 60. gradus dicitur oꝛientales euntes ad debilitatē vsqꝫ ad principiū retrogradationis. Et a principio retrogradationis vsqꝫ ad oppositionem solis dicunt̄ oꝛientales retrogradi. Et ab oppositione vsqꝫ ad directionem dicitur occidentales retrogradi. Et a directione vsqꝫ ad. 30. gra. post directionem dicunt̄ occidentales foꝛtes. Et a. 30. gradu post directionem quousqꝫ veniant ad. 30. gradu. ꝑpe solem dicuntur occidentales euntes ad debilitatem. Et postea dicitur occidentales debiles quosqꝫ cōburantur. Uenus vero ꝛ Mercurius quando separantur a sole ꝑ retrogradationeꝫ fiunt oꝛientales ꝛ vocantur debiles quousqꝫ veniant ad directionem: ꝛ a directione donec sint elongati a sole tantum quantum solent elongari in principio retrogradationis dicitur oꝛientales foꝛtes. Deinde fiunt debiles oꝛientales ꝛ quousqꝫ oppꝛimantur sub radijs solis: ꝛ postea dicuntur vniti cum sole: deinde combusti euntes ad apparitionem: ꝛ ab apparitione eoꝝ vsqꝫ ad elongationem eoꝝ a supe

riori parte epicycli per. 60. gradu sunt occidentales fortes: et ab hoc loco vsq3 ad retrogradationem sunt occidentales euntes ad debilitatem: et postea vsq3 coniunctionem sunt occidentales debiles. Si vero non intelligeretur littera hoc modo esse falsa cum non sit possibile eos elongari a sole vsq3 ad. 60. gra. in zodiaco. Postea dicit quando aliquis planeta exit de sub radijs solis et nulli coniungitur corpore vel aspectu est in suo lumine proprio. planeta in lumine proprio

Esse illorum erga se inuicem. Prius determinauit de his que accidunt planetis in semetipsis: et his que accidunt quinq3 planetis erga luminaria. Hic determinat de his que accidunt. 7. planetis ad se inuicem. Et possunt diuidi in tot partes quot sunt modi accidentium que accidunt planetis ad inuicem. Et possunt reduci ad. 16. modos secundum sententiam littere qui sunt isti coniunctio: vacuatio: cursus: feralitas: translatio luminis: redditus luminis. prohibitio. pulsatio nature. receptio. redditus nature. refrenatio siue contrarietas: frustratio: abiectio luminis: veneratio. destructio. obsessio. dilectio et odium. Ista exponit auctor in littera per ordinem vsq3 ad finem istius differentie. Sententia prime partis est talis. Coniunctio est cum fuerint duo planete in duobus signis que se aspiciunt aliquo aspectu: et ille qui fuerit leuior inter eos. i. velocior in motu transiuerit de suo signo pauciores gradus quam ponderosus. i. tardior motu de suo signo. ita quod differentia ista sit. 6. gra. vel infra: et tunc dicitur quod leuior vadit ad coniunctionem ponderosioris: verbi gratia: pono quod sol sit in ariete et transiuerit de ipso ariete. 6. gra. et mars sit in Leone et transiuerit de ipso. 12. gra. ista duo signa aspiciunt se aspectu trino. Et sol qui est velocior in motu quam mars transiuit pauciores gradus de ariete quam mars de leone: et sunt in differentia. 6. gra. In proposito exemplo sol vadit ad coniunctionem martis de aspectu trino. Et si sol esset in. 12. gra. arietis: et mars in. 12. gradu leonis: tunc esset coniunctio completa. Et sol esset vltra duodecimum gradum arietis marte existente in. 12. Leonis: tunc esset inter eos separatio. Et hec vocatur coniunctio longitudinis. Coniunctio autem latitudinis est cum fuerint duo planete in vno signo coniuncti corporaliter et fuerint equalis latitudinis ab eclyptica ita quod latitudo vnius sit ascendens in septentrione et alterius descendens in septentrione vel vnius ascendens in meridie et alterius descendens in meridie. Uel si fuerit coniunctio ex aliquo aspectuum et altitudo vnius fuerit septentrionales ascendens: alterius meridiana ascendens. Uerbi gratia: pono quod luna coniungatur saturno in aliquo signo: et in aliquo gradu et minuto illius ita quod saturnus sit iuxta genzahar suum vadens ad septentrionem in altitudinem: et sit eius latitudo. 3. minutorum et luna appropinquet ad caudam draconis veniens a septentrione minuens latitudinem: ita quod eius latitudo similiter sit. 3. minutorum hec est coniunctio verissima quantum ad longitudinem et latitudinem. Et in hoc casu luna eclypsaret saturnum nisi diuersitas aspectus lune esset tanta quod impediret. Licet auctor dicat quando latitudo vniuus debeat esse ascendens et alterius descendens: tamen videtur mihi quod in coniunctione corporali in omni casu quo contingere poterit quod latitudines amborum sint equales ad eandem partem. Uolo dicere quod ambe latitudines sint septentrionales vel ambe meridionales erit coniunctio latitudinum viridica: et in aspectu oppositionis si latitudines fuerint equales in diuersis partibus ita quod vna sit meridionalis et alia septentrionalis erit aspectus veridicus quantum ad latitudines.

De coniunctione per aspectum et separata

Et cum seperatur vnus planeta ab

alio. Hic ponit vacuationem cursus. Dicit qn̄ aliquis planeta fuerit coniunctus alteri corpore vel aspectu: et post separationem ab illo non coniungitur alicui alteri corpore vel aspectu quandiu fuerit in illo signo. tunc dicitur esse vacuus cursu. Uerbi gratia: pono quod luna iungat ioui corporaliter in sagittario: et post separationē eius a ioue non sit aliquis planeta in sagittario cui possit coniungi: nec radij alicuius quem possit aspicere in hoc casu luna est vacua cursu donec exeat de sagittario et iungatur alicui corpore vel aspectu.

Et si fuerit planeta in aliquo signo.

Dicit quando aliquis planeta fuerit in aliquo signo vbi nullus alter planeta sit nec radij alicuius ille planeta quandiu fuerit in signo illo sic se habente dicitur esse ferialis: siue siluestris in similitudine hominis non habentis societatem cum aliquo.

Et cum fuerit separatus.

Dicit quando planeta velocioris motus separauerit se a planeta tardioris motus et in separando se ab eo iungatur alteri. tunc transfert naturam primi ad secundum. Uerbi gratia: pono quod luna separetur a coniunctione corporalis iouis: et antequam compleatur separatio coniungatur saturno aliquo aspectu: vel corporaliter luna transfert. tunc naturam Iouis ad saturnum. Fit etiam alio modo translatio scilicet quando planeta leuis coniungitur ponderosior se: et ille ponderosus alteri adhuc ponderosiori se tunc medius transfert naturam leuis ad ponderosiorem. verbi gratia: pono quod luna aspiciat iouem aliquo aspectu et iupiter aspiciat saturnum. Jupiter in hoc casu transfert naturam lune ad saturnum.

Si autem non coniungitur.

Dicit quod quādo duo planete fuerint hoc modo dispositi quod vnus eorum non iungitur alteri. sed ambo iunguntur alicui tertio. tunc si ille tertius aspiciat aliquem locū ex locis circuli proijcit lumē illorum duorum ad illum locum. Et si aliquis planeta fuerint in loco radiorum suorum reddit illi lumen illorum duorum. Uerbi gratia: pono quod sol sit in capricorno et venus in piscibus: ita quod non aspiciant se. deinde pono quod mars sit in cancro aspiciens solem de opposito et venerem de tertio in hoc casu mars recipit lumen solis et veneris: et reddit lumina ipsorum ad loca circuli in quibus sunt radij martis: et hoc vocatur redditus luminis. Fit etiam alio modo redditus luminis quando duo planete non aspiciunt se: sed tertius transfert lumen vnius ad alterum ita quod separetur ab vno et iungatur alteri: et tunc idem est quod translatio.

Sequitur prohibitio.

Dicit quando tres planete fuerit in vno signo sed in diuersis gradibus et ille qui fuerit tardior motu transiuerit plures gradus illius signi quam aliquis aliorum duorum. tunc medius eorum prohibet coniunctionem leuioris cum ponderoso. verbi gratia: pono quod saturnus sit in. 12. gradu virginis: pono quod mars sit in quinto gradu eiusdem virginis. in hoc casu mars petit coniunctionem saturni. Sed pono quod luna sit in. 8. gradu eiusdem virginis in hoc

casu non esset iudicandum q mars coniungeretur saturno: quia luna est in medio z prohibet eius coniunctionem. Fit etiam phibitio alio modo: ita q duo planete sint in vno signo z levior iungitur ponderosiori z alter planeta aspiciat eundem ponderosum z aspectus eius sit ita prope sicut coniunctio corporalis alterius: tunc ille qui corporaliter iungitur prohibet aspicientem ne aspiciat. Et si in hoc casu vnus illorum fuerit propinquior q̃ alter ille qui fuerit propinquior obtinet z dicitur iungi ponderosior. verbi gratia: pono quod saturnus sit in. 2. gradu virginis: z mars in. 8. gradu eiusdem. Et pono quod iupiter proijciat radios suos ad octauum gradum virginis in hoc casu mars prohibet aspectum iouis. Sed si iupiter proijceret radios suos ad nonum gradum esset iudicandum quod iupiter aspiceret saturnum. z eum hoc prohiberet coniunctionē martis. Et si iupiter proijceret radios suos ad. 7. gradum esset iudicandum q mars iungeretur saturno z cum hoc prohiberet aspectum iouis.

Et si iungitur planeta domino illius signi. Dicit quando aliquis planeta iungitur per aspectum domino illius signi in quo fuerit vel domino exaltationis vel triplicitatis vel termini vel faciei dicitur mittere naturam domini illius dignitatis ad ipsum cuius fuerit dignitas: verbi gratia: pono q sol sit in capricorno aspiciens saturnum exñtem in virgine in hoc casu sol est in domo saturni z mittit naturam ipsius saturni saturno. Et si leuis planeta fuerit in aliquo loco vbi hʒ dignitatem aliquã: verbi gratia: quod sit domus sua vel exaltatio zc. z aspiciat aliquē planetã pōderosiorē se z qui nullã habeat dignitatē in loco eius dicitur leuis mittere suã fortitudinē ponderoso: verbi gratia: pono q luna sit in thauro. s. in exaltatiōe sua z aspiciat saturnū exñtem in virgine de trino. in hoc casu luna naturam suam siue virtutē mittit ipsi saturno: licet saturnus nullam habeat dignitatem in loco lune. Sed si saturnus habeat dignitatem in loco lune: verbi gratia: pono q luna sit in. 24. gradu tauri in exaltatione sua z in termino z facie saturni z aspiciat saturnum mittit saturno naturam propriam z naturam saturni ratione termini z faciei sue.

Et quando fuerint aliqua dignitatuʒ suarum. Dicit planeta leuior aspicit ponderosiorem se z leuior habet dignitatem in loco in quo est z ille quem aspicit etiam habet ibidem aliquam dignitatē: tunc leuis mittit ponderoso vtraqʒ naturas. s. suam propriam z illius quem aspicit. z hec missio vocatur receptio: verbi gratia: pono q sol sit in ariete in exaltatiōe sua z in domo martis z aspiciat martem aliquo aspicit in hoc casu sol mittit marti naturam suam propriam z cū hoc naturam martis rōne domus sue. z mars recipit solem a domo sua. Et si cōtingat q inferior sit in dignitate superioris z cōtra superior in dignitate inferioris illa est melior receptio q̃ esse pōt: verbi gratia: sit sol in ariete in domo martis z mars in leone in domo solis z sol aspiciat martē aspectu tertio talis receptio integra z pfecta.

Hinc sequitur redditus. Dicit quando inferior planeta aspicit superiorē: z ille quē aspicit est combustus sub radijs: vel retrogradus. in hoc casu superior reddit inferiori virtutem quã sibi misit: q2 pp debilitatem suã nō pōt retinere eã. Et si ita

li casu vterqꝫ fuerint in angulo vel in succedenti. tunc redditus fit cū proficuo. Et
si inferior fuerit in angulo et superior non ita tñ ꝙ superior recipiat inferiorē talis
redditus etiā fit cū proficuo. Et si inferior fuerit cadens ab angulo et superior in
angulo fit redditus cum proficuo. Et si ambo fuerint cadentes redditus fit cum
detrimento. verbi gratia: pono ꝙ luna sit in thauro ꝛ aspiciat mercuriū existētē in
capricorno cōbustū in hoc casu luna mittit mercurio naturā suā. Sed qꝛ mercu-
rius est cōbustus non pōt retinere naturā sibi missam: iō reddit lumen illud qꝺ
recipit ab ea ꝛ si in hoc casu ambo fuerint in angulis redditus est proficuus ꝛc.

De refrenatione atq almenem

Deinde sequitur almenem. Dicit quando planeta inferior vult coniungi
superiori: sed anteqꝫ cōpleat coniunctio inferiori fit retrogradus hoc vocat re-
frenatio. verbi gratia. pono ꝙ saturnus sit in. 12. gradu virginis: ꝛ venus in pri
cipio virginis vadens ad coniunctionem saturni. Sed cum peruenerit venus ad
8. gradū vel nonum. s. anteqꝫ contingat saturnū incipit retrocedere. in tali casu re
frenantur venus ne coniungatur saturno: ꝛ idē intellige de aspectu si iret ad aspe
ctum: sed anteqꝫ aspectus cōpleretur inciperet retrocedere

alchorad atq contrarietate

Hanc sequitur alchorad. i. contrarie-
tas. Dicit quod contrarietas est quando tres planete fuerint in vno signo quoꝝ
vnus sit ponderosus: ꝛ alij duo leues: ꝛ vnus duorum leuium transiuerit ponde
rosum ꝛ alter pateat ꝯiunctionem ponderosi. sed anteqꝫ coniungat ponderoso: il
le qui transiuerit ponderosum fit retrogradus: ꝛ coniungitur ponderoso per re
trogradationem: ꝛ obuiat alteri leui: tunc retrogradus destruit coniunctionem il
lius cui obuiat cū ponderoso. Verbi gratia: pono quod sit saturnus in. 8. gradu
virginis: ꝛ mars sit in. 12. gradu eiusdem ꝛ iupiter sit in principio virginis petēs
coniunctionem saturni: sed anteqꝫ coniungatur sibi: mars incipiat retrogradari
ꝛ coniungi saturno per retrogradationeꝫ ꝛ obuiet ioui in hoc casu mars destruit
coniunctionem iouis cum saturno.

alpharis atq frustratione

Sequitur alpharizid est frustratio. Dicit ꝙ fru
stratio est quando planeta leuis petit coniunctionem ponderosi. sed antequam cō
pleatur coniunctio ponderosus intrat aliud signum ꝛ sint radij alicuius alterius
planete in principio illius signi. tunc quando leuis volens cōiungi ponderoso in
trat illud signum coniungitur radijs illius planete ibi aspicientis: ꝛ sic annulla-
tur coniunctio prima: verbi gratia. pono quod saturnus sit in. 29. gradu leonis ꝛ
mars sit in. 24. gradu eiusdem petens coniunctionem saturni. Sed anteqꝫ iunga
tur mars saturno: saturnus intret virginem: ꝛ pono quod iupiter aspiciat primū
gradum virginis. in hoc casu mars exiens de leone coniungitur radijs iouis: ꝛ
sic annullatur coniunctio martis ꝛ saturni.

Hanc quoqꝫ sequitur abscisio lumi-
nis. Dicit ꝙ abscisio luminis est qñ aliquis planeta leuis petit ꝯiunctionē ponde
rosi. ꝛ in secundo signo a signo pōderosi sit alter planeta. sed anteqꝫ leuis iungat
pōderoso. ille qui est in scdo signo fit retrogradus ꝛ iungit pōderoso. in tali casu
retrogradus abscindit lumen pōderosi a planeta qui volebat ei iungi. Et ē quasi

idem quod contrarietas sed differt in hoc quia in contrarietate planeta retrogradus non solum iungitur ponderoso sed etiam iungitur leui qui volebat iungi ponderoso per obuiationem et potest exemplificari sicut ibi fuit dictum. Fit etiam alio modo obscisio luminis.s.quando planeta leuis petit coniunctionem ponderosi et ille ponderosus petit coniunctionem alterius ponderosioris et iungitur ei antequam leuis iungatur primo ponderoso. verbi gratia. pono quod mars petat coniunctionem iouis et iupiter patet coniunctionem saturni et antequam mars iungatur ioui iupiter iungatur saturno: in tali casu saturnus abscindit lumen iouis a marte.

Sunt quoque his planetis. Dicit quod planete in quibusdam locis confortantur et in quibusdam debilitantur et in quibusdam locis fiunt fortune et in quibusdam inferiore. Fiunt fortune in aspectu sextili vel tertio bonorum et vt infortune sint cadentes ab eis iuxta quod intelligendum est quod quando aliquis planeta est in eodem signo cum alio vel in quarto vel in septimo vel decimo ab ipso dicitur esse in angulo ab illo. Et si fuerit in secundo signo ab ipso vel in quinto vel in octauo vel in 11. dicitur esse ab ipso in succedenti. Et si fuerit ab ipso in tertio signo vel in.6. vel in.9. vel.12. dicitur esse in cadenti ab ipso. Fiunt etiam fortune quando separatur ab vna fortuna et iunguntur alteri aut quod sint inter radios duarum fortunarum et hoc vocatur veneratio a quibusdam. Fiunt etiam fortune quando sunt vniti sole in eodem gradu aut quod sint in eius aspectu tertio vel sextili vel in aspectu trino vel sextili lune: et etiam vt sint aucti numero et lumine. et quod sint in aliqua dignitatum suarum vel in suo haim. Et planete fiunt fortiores quando ascendunt in circulo augis et quando sunt septentrionales vel ascendunt in septentrione. Similiter fortificantur quando sunt in statione secunda euntes ad directionem. Similiter quando exeunt de sub radijs solis et quando sunt in angulis vel in succedentibus. Et tres superiores fortificantur quando sunt orientales. Et si aspiciunt solem aspectu sextili augmentatur eorum fortitudo. Similiter quando fuerint in quartis masculinis vel in signis masculinis. Fortitudo solis etiam augmentantur in quartis et in signis masculinis preterquam in libra: ibi enim non fortificatur propter casum ab exaltatione licet libra sit signum masculinum et etiam in quadra masculina. Et tres inferiores planete.s.existens sub sole significantur quando sunt occidentales a sole. et in quartis et in signis femininis. Et luna fortificatur cum fuerit in nocte super terram: et in die sub terra. et cum fuerint in signo et in loco feminino et cum fuerit in exaltatione solis.s.in ariete.

Ex infortunio vero planetarum. Dicit quod planete fiunt infortune idest infortunantur quando sunt in aspectibus malorum. et quando coniunguntur malis per corpus vel per aspectum ita quod inter eos et corpus mali vel inter eos et radios mali sit minus termino vnius planete. Et infortunantur quando sunt in terminis malorum aut in domibus malorum. Uerbi gratia. iupiter vel venus infortunatur in terminis saturni et martis et in domibus eorum. Et infortunantur quando infortune eleuantur super ipsos. ita quod sint infortune in.10. vel.11. signo ab ipsis. Juxta quod intelligendum est quod planeta existens in.10. signo ab alio dicitur eleuari super ipsum. sicut existens in.10. domo eleuatur super ascendens: et si istud fiat sine receptione est peius. Uerbi gratia: pono quod iupiter sit

De fortunijs planetarum

De infortunijs planetarum

in principio sagittarij ⁊ saturnus in principio virginis: in hoc casu saturnus ele-uatur super iouem. Uirgo enim est decimum signum a sagittario. Infortunantur etiam quando sunt in coniunctione solis: vel in opposito solis: vel in aspectu eius quarto. Etiam infortunantur quando sunt in capitibus suorum genzahar idest in intersectionibus deferentium eorum cum eclyptica siue in capite vel cauda draconis eorum: vel prope hec loca per. 12 gradus vel infra maxime si in his locis luna fuerit impedita ab eis: vel sol scilicet vt luna: vel sol iungatur eis in his locis vel aspiciat eos aspectu inimico. Ratio autem quare infortunantur in his locis est quia possunt ibi eclypsari. Infortunantur etiam quando distant a sole per quattuor gradus ante vel retro. Et quando fuerint inter corpa vel radios duorum malorum: ita quod separentur ab vno malo corpore vel aspectu ⁊ iungantur alteri malo: aut fuerit malus: vel radij eius in signo quod est ante eum ⁊ alter malus vel radij eius in signo quod est post eum. tunc enim dicitur obsessus. Uerbi gratia: pono quod iupiter sit in virgine ⁊ in. 11. gradu: ⁊ mars vel radij martis sint in. 10. gradu eiusdem ⁊ saturnus vel mars sint in. 12. gradu eiusdem in hoc casu iupiter diceretur obsessus a duabus infortunis. Eodem modo dicitur de signis quod sunt obsessa quando vnus malus est in eius principio ⁊ alter in eius fine. Sed quando sol vel fortuna aspicit planetam vel signum obsessum aspectu sextili: vel tertio: ita quod sit aspectus ad. 7. gradus prope vel infra: tunc per talem aspectum soluitur obsessio. Infortunantur etiam quando sunt retrogradi vel combusti aut cadentes ab angulis. Et debilitantur quando sunt tardi cursus quod vadant minus medio motu eorum. Et quando sunt in statione prima euntes ad retrogradationem: aut quod sint in gradibus tenebrosis: aut planete masculini in signis vel gradibus femininis: ⁊ in die sub terra ⁊ in nocte super terram: aut feminini in signis masculinis ⁊ in gradibus masculinis ⁊ in die super terram ⁊ in nocte sub terra. Hoc enim est contrarium haim idest similitudini eorum. Et debilitantur siue infortunantur quando sunt in locis oppositis dignitatum suarum: aut quod sint in latitudine meridiana ab eclyptica maxime si fuerint descendentes in eadem latitudine: aut sint in via combusta scilicet a medietate libre vsque ad medium scorpionis: aut sint iuncti planete retrogrado: aut cadenti: aut quod non sint recepti. Et tres superiores. scilicet saturnus iupiter ⁊ mars debilitantur cum fuerint occidentales a sole: aut in quartis femininis: ⁊ sol debilitatur in signis ⁊ in quartis femininis: nisi fuerit in nona domo: quia in illa gaudet. Tres inferiores. scilicet venus mercurius ⁊ luna debilitantur in signis ⁊ in quartis masculinis. ¶ Et dicitur de planetis quod sunt quidam eorum seinuicem diligentes. Dicit quod quidam planete diligunt seinuicem ⁊ quidam habent se odio: ⁊ patet in littera: ⁊ sic completa est expositio tertie differentie alchabicij introductorij ad iudicium.

Differentia quarta in expositione nominum astrologicorum.


Completis tribus differentijs huius libri in quibus auctor determinauit de esse circuli signorum essentiali ⁊ accidentali in prima differentia. ⁊ de naturis septem planetarum in secunda differentia: ⁊ de his que accidunt septem planetis in semetipsis: ⁊ adinuicem. scilicet in tertia differentia. Sequitur quarta differentia in qua exponit nomina quibus vtun-

pars 4ª con.

tur magistri iudiciorum ⁊ docet ea applicare ad opus. Et potest tota illa differentia diuidi in.16 partes ſm.16.capitula que ponit in ea. In primo capitulo loquitur de coniunctionibus magnis connumerando eas. In ſecũdo capitulo docet inueſtigare gradum aſcendentẽ alicuius natiuitatis. In tertio capitulo docet eligere locum vite in natiuitatibus. In quarto capitulo docet eligere datorẽ annoꝝ vite in natiuitatibus. In.5.docet eligere planetã dñatorẽ natiuitatis q preeſt nato poſt hylech ⁊ alcochodez.in.6. tractat de profectu annoꝝ natiuitatis ⁊ mundi. in.7.cap.docet dirigere ſignificatorẽ quelibet ad quẽlibet locũ circuli. In.8.docet dirigere gradum aſcendentem in natiuitatibus.in.9.docet inuenire duodenarias planetarum ⁊ domorum.in.10.docet inuenire nouenarias. In.11.docet inuenire decanũ.in.12.docet inuenire dñm orbis ſiue hore.in.13.docet inuenire annos frigidarie in natiuitatibus.in.14.docet cognoſcere quis planetarum eleuatur ſuper alterum.in.15.docet inuenire qñ fit apertio portarũ.in 16.loquitur de horis fortunatis ⁊ infortunatis: vbi partes incipiant patebit in proceſſu. In primo ergo capi.loquitur generaliter de magnis coniunctionibus ⁊ dicit ꝙ coniunctiones magne ſunt res ſignificantes diſtructiones ſiue mutationes que fiunt in hoc ſeculo ⁊ ſunt.6.in numero. ¶ Prima maior oĩbus ꝯiunctionibus eſt coniunctio iouis ⁊ ſaturni in principio arietis ⁊ hoc fit in.960.annis ſemel. ¶ Scda coniunctio eſt mutatio ꝯiunctionis iouis ⁊ ſaturni de vna triplicitate ad aliã ⁊ hoc fit in.240. annis ſemel. Et qñ venit ꝯiunctio eoꝝ ad aliq̃ triplicitatẽ anteq̃ exeat illã duodecies coniunguntur. Verbi gratia: coniunctio iouis ⁊ ſaturni nunc eſt in triplicitate aerea ⁊ incipit in ſigno geminoꝝ anno dñi.1325.ab illo tpe in.20.annis.ſ.anno.dñi.1345.cõiungent in aquario ⁊ ab illo in.20.annis coniungentur in libra ⁊ poſtea in geminis: ⁊ ita ſm hunc ordinẽ donec in his tribus ſignis duodecies coniungantur ⁊ ſi multiplicaueris.20.per.12.inuenies.240.annos poſt quos coniunctio mutabit ſe ⁊ intrabit triplicitatem aquaticã ⁊ ſtabit ibi ſimiliter per 240.annos ⁊ ſic de alijs triplicitatibus intelligas: ⁊ intelligas ꝙ ſicut dicit ꝙ cõiunctio maxima reuertitur in.960.annis ad principium arietis.i. ad triplicitatẽ igneã: ita coniunctio intrans principiũ alicuius alterius triplicitatis non reuertitur ad principiũ eiuſdẽ niſi poſt.960.annos ſtabit igitur vt ſupra dictũ eſt in qualibet triplicitate.240.annis triplicitates ſunt quattuor: multiplica igitur.240.p quattuor: ⁊ inuenies.960.annos. Tertia coniunctio eſt martis ⁊ ſaturni in cancro in quibuſlibet.30.annis. Quarta coniunctio eſt iouis ⁊ ſaturni quocunq; ſigno fuerit: ⁊ hoc fit in.20.annis ſemel. Quinta coniunctio eſt introitus magni luminarias in primũ minutum equinoxij vernalis.i.arietes. Sexta coniunctio eſt ſolis ⁊ lune ⁊ eoꝝ oppoſitio. Et qñ dicitur aſcendens coniunctionis magne intelligitur de aſcendente.ſ.introitus ſolis in arietẽ in illo anno in quo dꝫ fieri illa cõiũctio. Verbi grã.ꝯiunctio iouis ⁊ ſaturni fuit in geminis anno dñi.1325. Et aſcendens introitus ſolis in arietẽ in illo anno fuit taurus.20.gradus: taurus ergo eſt aſcendens illius coniunctionis. Iſte coniunctiones que dicte ſunt vocantur coniũctiones magne. Alie multe ſunt coniunctiones in planetis quarũ numerus ẽ.120. ſm ptolomeũ in.50.propoſitione centiloquij. Dicit enim ibi.non obliuiſcaris eẽ 120.coniunctiones que fiunt in ſtellis erraticis. In illis enim eſt maior ſcia eoꝝ que fiunt in hoc mundo ſuſcipienti incrementum ⁊ decrementum. Haly ibi in cõmento numerat eas: dicit quod quedã ſunt coniunctiones binarie ⁊ quedã trina-

rie quedam quatrinarie quedam quinarie quedam senarie quedam septenarie. Binaria autem coniunctio est quando duo planete tantum coniunguntur: ⁊ hoc potest. 21. modis variari Ternaria coniunctio est quando coniunguntur tres planete ⁊ hoc potest variari triginta quinq; modis. Quatrinaria coniunctio est quādo coniunguntur quattuor planete: ⁊ hoc pōt variari similiter. 35. modis. Quinaria coniunctio est quando coniunguntur quinq; planete: ⁊ hoc potest variari. 21. modis. Senaria coniunctio est quando coniunguntur sex planete: ⁊ hoc potest variari. 7. modis. Septenaria non est nisi vna scilicet coniunctio omnium septē planetaruꝫ. Et si cōputaueris seu addideris hos numeros predictos ad inuicem inuenies. 120. Qui volunt singulas numerare inuenient eas numeratas in commēto prop ositionis prellegate.

Et ex hoc annimodar quod est. In h capitulo auctor docet inuestigare gradum ascendenteꝫ alicuius natiuitatis supposito quod sciatur signum ascendens ⁊ ignoretur gradus: ⁊ hoc docet secundum sententiam ptolemei non secundum propriam intentionem. Dicit enim ptolomeus. in. 34. propositione centiloquij Almustell super locum coniunctionis vel preuentionis est in consimili gradu anguli ex angulis omnis natiuitatis humane q̄ fuerit in illa coniunctione vel preuentiōe. Et omnis gradus qui nō est similis gradui almutem super locum coniunctionis vel preuentionis non est angulus alicuius natiuitatis humane. Sententia littere talis est cum volueris inuenire graduꝫ ascendentem natiuitatis alicuius considera coniunctionem solis ⁊ lune que precessit natiuitatē vel oppositioneꝫ si precessit oppositio. Si processit coniunctio natiuitas dicitur coniunctionalis: si precessit oppositio siue preuentio quod idem ē natiuitas vocatur preuentionalis. Si natiuitas fuerit coniunctionalis: considera gradum in quo coniunguntur luminaria. scilicet gradum zodaici in quo fuit cōiunctio precedens illam natiuitatem. ⁊ vide quis planetarum sit fortior in gradu per multitudinem testimoniorum ille enim est almutem super locum coniunctionis. Equa ergo eum ad horam natiuitatis quo equato constitue ascendēs ad horam natiuitatis secundum estimationem. ita tamen quod sis certus de signo ascēdente. Si enim deficeres in signo hec regula non valeret tibi. Habito igitur signo ascendente hora natiuitatis: considera vtrum locus planete quem equasti tali dispositione stanti sit propinquior gradui ascendentis vel gradui decime domus ⁊ cui eorum fuerit propinquior huic hunc angulum facies similem gradui planete hoc est: pone tot gradus signi existentis in angulo quot gradus pertransiuit planeta de sinu in quo est. Et vt euidentius pateat sententia littere. pono in hoc exemplum. ¶ Pono quod in hora natiuitatis alicuius ascendens fuit libra sed nescio quis gradus eius: ⁊ pono ꝙ natiuitas fuit coniunctionalis ⁊ coniunctio precedens eam fuit in. 6. gradu aquarij video ꝙ saturnus est fortior in illo gradu: ergo equabo saturnum ad horam natiuitatis ⁊ ponatur ꝙ inueniaꝫ eum in. 20. gradu virginis video ꝙ saturnus in hoc casu est propinquior ascendenti quam medio celi secundum ascendens estimatum faciā ergo angulum ascendentis ad similitudinem gradus saturni. hoc est ponā. 20. gradū libre in ascendente ⁊ si fuisset ꝑpinquior medio celi fecissem angulū medij celi. 20. gra. signi ibidē existētis. Si au-



tem natiuitas preuentionalis fuerit operaberis per gradum oppositionis sicut nunc tibi dixi de gradu coniunctionis idest considerabis planetam habentez plures fortitudines in gradu oppositionis. Sed dubium est de gradu preuentionis cum in preuentione siue oppositione sol sit in vno gradu ⁊ luna in opposito quē ergo gradum accipiemus pro gradu preuentionis vtrum gradum solis vel gradum lune. Dicit auctor secundum intentionem ptolomei ꝙ gradum illius luminaris accipere debemus quod fuerit super terram. Sed adhuc restat dubium. ponatur ꝙ vnum luminare sit in ortu reliquum in occasu ⁊ sic neutrum erit super terram nec sub terra. Dicit auctor ꝙ quidam sapiens dixerunt ꝙ debemus operari per gradum illius luminaris quod fuerit in orientem. Deinde dicit auctor ꝙ ptolomeus dixit si plures planete conuenirent in domino loci coniunctionis vel preuentionis: scilicet ꝙ duo planete vel tres in loco illo haberent equales fortitudines videlicet ꝙ vnus haberet ibi tot fortititudines quot alter: tunc debemus accipere illum qui fuerit in suo haim: ⁊ si quilibet eorū fuerit in suo haim: tunc debemus accipere illum qui citius deberet mutari ad melius esse idest illum qui citius intrabit signum in quo habet plures fortitudines quaʒ in illo signo in quo est. Et si fuerit orientales a sole eligas eum qui fuerit ⁊ soli propinquior: dūmodo non sit combustus. ¶ Iuxta istam partem notandum est ꝙ alter est modus inuestigandi gradum ascendentis natiuitatis ⁊ ille modus accipitur a sententia ptolomei in.51.propositiōe centiloquij vbi dicit. Locus lune in natiuitate est ipse gradus ascendens de circulo in hora casus spermatis in matricem ⁊ locus lune hora casus spermatis est gradus ascendens hora natiuitatis. Est etiam intelligendum ad euidentiam dicendorum ꝙ more infantum in vteris matrum non sunt equales secundum ꝙ dicit Haly in commento propositionis iam allegate. More autem sunt distincte in.3. scilicet maiorem moram ⁊ in mediam ⁊ in minorem. minor autem mora continet 258. dies. Media mora continet. 273. Maior mora cōtinet. 288. dies. Et differentia inter maiorem ⁊ minorem sunt. 30. dies. Istud est intelligendum de his que nascuntur secundum cursum naturalem. De abortiuis autem ⁊ de his qui nascuntur in septimo mense hec regula non tenet. Quantitas autem more infantis in vtero accipitur a loco lune in figura hora natiuitatis. Si enim in hora natiuatis luna fuerit in principio septime domus super terram: scilicet supra orizontem occidentalem: tunc infans fuit in vtero matris per moram minorem: scilicet per. 258. dies. Et si luna fuerit in hora natiuitatis in gradu ascendente: tunc infans stetit in vtero per moram mediam. scilicet per. 273. dies. Et si luna fuerit hora natiuitatis in gradu qui est ante gradum occidentis: tunc infans stetit in vtero per moram maiorem. scilicet. 288. dies. ¶ Et nota ꝙ cuʒ luna in natiuitate est in parte occidentali prope orizontem si astronomus credit eam esse super terram quando est sub terra vel econtra errabit in hora conceptionis per. 30. dies. Si vero luna fuerit super terram elongata ab occidente idest inter oriens ⁊ occidens mora in vtero est maior minori mora ⁊ minor media. Dico ꝙ est maior minori mora secundum quantitatem elongationis lune ab occidente. Et si luna fuerit sub terra elongata ab ascendente mora in vtero est maior media ⁊ minor maiori ⁊ est maior media secundum quantitatem elongationis ab ascendente. Cū secundum hanc viam volueris gradum ascendentis natiuitatis alicuius inuestigare constitue ascendens ad horam natiuitatis secundum estimationem pro-

pinquiorem quantum poteris veritati ꝛ equa lunam ad illam horam: ꝛ vide in quo loco ceciderit in figura: ꝙ si ceciderit in principio septime domus subtrahe ab hora natiuitatis. 258. dies. Et remanebit hora conceptionis. Si vero ceciderit inter septimam domum ꝛ ascendens. s. super terrã vide per quot gradus sit elõgata a gradu occidẽtis ꝛ pro quibuslibet. 12. gradibus accipe vnum diem ꝛ pro quolibet gradu q fuerit vltra. 12. accipe duas horas quos dies ꝛ horas adde super moram minorem. i. super. 258. dies. Et totum subtrahe ab hora natiuitatis ꝛ remanebit tempus conceptionis. Si vero ceciderit in ascendente subtrahe ab hora natiuitatis. 273. dies ꝛ remanebit tempus cõceptionis. Si vero ceciderit inter ascendens ꝛ septimã. s. sub terra considera q̃tum sit elongata a gradu ascendente ꝛ pro quibuslibet. 12. gradibus accipe vnũ diem ꝛ pro quolibet gradu residuo duas horas ꝛ numerũ dierum ꝛ horarum prouenientem adde super moraꝫ mediam ꝛ totum subtrahe ab hora natiuitatis. Si vero luna ceciderit in fine sexte domus subtrahe ab hora natiuitatis moraꝫ maiorem ꝛ remanet hora conceptiõis. Hora igitur conceptionis nota equa lunam ad illam horam ꝛ gradus in quo inuenta fuerit fuit ascendens in hora natiuitatis. Licet hec via sit vera secundum intentionem fere omnium sapientum. Uidetur tamen mihi ꝛ certus sum ꝙ non sufficit ad inuestigandum gradum in casu vbi non habeo gradum ascendentem nisi per estimationem. Supponit enim ꝙ sciam elongationem lune a gradu occidẽtis vel ab ascendente: ꝛ si ignorem gradum ascendentem ꝛ per consequens gradum occidentis quõ potero scire distantiam lune ab aliquo illoꝝ nescio. Posito enim ꝙ estimatio mea deficiat per. 12. gradus distantia lune ab occidente vel ab ascendente etiam deficiet per. 12. gradus ꝛ pro illis deberet accipi vna dies ꝛ sic deficiet hora conceptionis in vna die ꝛ defectus vltimus: scilicet in gradu ascendentis erit quantum luna mouetur vna die.

Lex hoc hylech. In hoc capitulo auctor docet eligere hylech. i. significatorem vite in natiuitatibus. Snia littere est ista. In eligendo significatorem vite debemus incipere a sole si natiuitas fuerit in die ꝛ si inuenerimus ipsum ante gradum ascẽdentem per. 5. gradus vel infra idest si inuenerimus ipsum solem. in. 5. gradibus qui ascenderunt super orizontem: scilicet in fine. 12. domus aut si inuenerimus ipsum in. 10. domo vel. 11. domo accipiemus solem pro hylech siue fuerit in signis masculinis siue in signis femininis. Si vero non fuerit in his signis debemus incipere: si fuerit in. 7 vel. 8. vel. 9. domo in signis masculinis adhuc accipiemus ipsum pro hylech. ¶ Si vero his tribus locis iam dictis: scilicet in septimo domo vel octauo vel nono esset in signis femininis non esset aptus ad hoc ꝙ esset hylech. Si igitur sol non fuerit aptus hylech aspiciemus ad lunam si eam inuenerimus in ascẽdente vel in. 2. vel in. 3. domo aut in. 7. vel. 8. domo ipsa erit hylech siue fuerit in signo masculino siue feminino. Si vero non fuerit in his locis aspiciemus si inuenerimus eam ante gradum signi ascendentis per quinque gradus vel infra: aut in 10. domo aut. 4. aut in. 5. in signo feminino adhuc ipsa erit hylech. Si autem in his locis esset in signis masculinis non esset apta hylech. Si vero natiuitas fuerit in nocte debemus incipere primo a luna. Si inuenerimus eam ante gradum occidentem per quinque gradus vel infra idest in illis quinque gradibus qui sunt sub terra ex parte occidentis aut in aliquo. aliorum locoruꝫ predicto


rum p̄dictoꝝ ſm modū dictū ipſa erit hylech.Et ſi ipſa non fuerit apta aſpicie-
mus ad ſolem qui ſi fuerit ante gradum ſeptime domus per.5.gradus vel infra:
ſcilicet ſub terra aut fuerit in.4.vel.5.domo erit aptus hylech ſiue ſigna ſint ma-
ſculina ſiue feminina.Et ſi fuerit in aſcendente vel in 2.domo in ſigno maſculi-
no erit aptus hylech in feminino vero non.Si vero luminaria non fuerint apta
vt ſint hylech aſpiciemus vtrum coniunctio preceſſit natiuitatem vel oppoſitio:
ꝙ ſi preceſſit coniunctio aſpiciemus gradum coniunctionis: ſcilicet illum gradū
in quo luminaria fuerunt coniuncta ante natiuitatem. ⁊ ſi inuenerimus ipſum
gradum in aliquo quattuoꝛ angulorum vel in aliquo ſuccedentium accipiemus
ipſum pro hylech.Et ſi non inuenerimus ipſum in aliquo angulorum neq̧ ſuc-
cedentium.Debemus aſpicere ad gradum partis fortune qui ſi fuerit in aliquo
angulorum vel ſuccedentium debemus ipſum accipere pro hylech. Si vero non
fuerit in aliquo horum locorum debemus vltimo accipere gradum aſcendentem
natiuitatis.Si autem oppoſitio preceſſit natiuitatem debemus aſpicere ad gradū
oppoſitionis ſicut dictum eſt de gradu coniunctionis ⁊ poſtea ad partem fortune
⁊ vltimo ad gradum aſcendentem natiuitatis:nec oportet in gradu coniuntionis
vel preuentionis vel partis fortunē aſpicere vtrum ſigna ſint maſculina vel femi
nina.Et ſic patet ꝙ ſol poteſt eſſe hylech in die ⁊ nocte ſuper terram ⁊ ſub terra in
11.locis.Poteſt enim eſſe ſuper terram hylech in ſex locis ⁊ ſub terra in.5.Et lu-
na ſimiliter poteſt eſſe hylech in.11.locis.Poteſt enim ſub terra eſſe hylech in ſex
locis ⁊ ſuper terram in.5 Si autem luna in aliquo predictorum locorum fuerit
combuſta ſub radijs ſolis non erit apta hylech.Et cum fuerint domus equate ſe
cundum doctrinam traditam in canonibus aſtrolabij ⁊ tabularum primi mo-
bilis omnis planeta qui fuerit ante aſcendens vel ante principium alicuius al-
terius domus per quinq̧ gradus vel infra erit fortitudo eius valida in domo q̄
ſuccedit.Et omnis locus ex locis predictis non poteſt eſſe hylech niſi aſpiciat eum
aliquis planeta habens dignitatem in loco illo: ſcilicet ꝙ ſit dominus domus vł
dominus exaltationis aut triplicitatis aut termini aut faciei.Tota ſententia litte-
re poteſt reduci ad pauca verba.Quinq̧ ſunt loca a quibus recipitur hylech ideſt
ſignificatoꝛ vite que ſunt hec:ſol:luna: gradus coniunctionis vel preuentionis:
pars fortune gradus aſcendens natiuitatis.Si natiuitas fuerit in die incipiendū
eſt a ſole. Et ſi non fuerit in locis aptis ſecundum ꝙ predictum eſt recipienda
eſt luna.Et ſi non ferit apta recipiendus eſt gradus coniunctionis vel preuentio-
nis qui ſi non fuerit aptus recipiendus eſt pars fortune.Et ſi non fuerit apta re-
cipiendus eſt gradus aſcendentis natiuitatis.Dicit ptolomeus ꝙ hylech nunq̄
debeat accipi ab aliquo loco exiſtente ſub terra.Dicit enim ⁊ conuenit vt non ope
remur in re tam nobili ſicut iſta per id totum quod eſt ſub terra ſed ſemper per
id quod aſcendit ⁊ apparet ſuper terram.Nec conuenit non operari per ſignum
quod aſcendens non aſpicit nec per ſignum quod aſcendit ante aſcendens quod
dicitur domus laboris ideſt domus.12.quia eſt cadens ab angulo ⁊ plus etiam:
quoniam fumoſitates que eleuantur ab humoꝛibus terre turbant virtutem eius
que venit ab ea ad terram cum ſpiſſitudine ac lugubritate ſua: ⁊ damnant eam
propter quod apparent coloꝛes ⁊ magnitudines ſtellarum exiſtentium in hac
domo alterius maneriei q̄ ſint per naturam eorum. Haly abenragel dicit ſapi
entes in hoc ſunt plurimum diſcordati:tamen id in quo maioꝛ pars eorum cō-

cordat est quod incipiunt primitus in natiuitatibus diurnis a sole et incipiunt si est in aliquo angulorum vel succedenti et in signo masculino et in quarta masculina et aspexerit aliquam dignitatum suarum erit ipse hylech: et si ita non fuerit nec aspexerit aliquam dignitatum suarum non erit ipse aptus pro hylech: et perquires tunc hylech: a luna et si eam inueneris in angulo vel in succedenti et in signo femi nino et in quarta feminina et aspexerit aliquam dignitatum suarum accipe eam pro hylech alioquin non erit apta: tunc aspice natiuitatem si fuerit coniunctionalis accipe hylech a gradu ascendente: et si dominus aliquis habens ibi aliquam dignitatem aspexerit gradum illum accipies eum pro hylech. Et si ascendens nō fuerit aptum perquiras hylech a parte fortune. Et si pars fortune non fuerit apta perquiras hylech a loco coniunctionis vel oppositionis precedentis natiuitatem. Et si non fuerint apti natiuitas non habebit hylech. Et oportebit te necessario reuerti ad dirigendum per athazir loca hylech ad loca fortunarum et ad radios earum et ibi inuenies locum finis. Et si natiuitas fuerit nocturna perquiras primitus hylech a luna sicut incepisti perquirere de die a sole. Et si eam inueneris in angulo vel in succedenti in signo feminino et in quarta feminina et aspexerit aliquam dignitatum suarum ipsa erit hylech. Alioquin perquiras hylech a sole et si eum inueneris in angulo vel in succedenti in signo masculino: et in quarta masculina et aspexerit eum habens dignitatem ibidem accipias eum pro hylech alioquin non erit aptus. Et tunc si natiuitas fuerit preuentionalis perquiras hylech a parte fortune sicut perquisiuisti a luna et sole. Et si pars fortune non fuerit apta perquiras hylech a gradu ascendente. Et si aliquis eorum non fuerit aptus pro hylech perquiras hylech a gradu coniunctionis vel preuentionis precedentis natiuitatem. Et si fuerit in angulo vel in succedenti: et fuerit aspectus ab aliquo habente ibi aliquam ex quinque dignitatibus accipe eum pro hylech. Et quando sol fuerit hylech et non habuerit alcochoden perquiras hylech a gradu lune et si ille idest gradus lune fuerit hylech et non habuerit alcochodē perquiras hylech a gradu ascendente si natiuitas fuerit coniunctionalis. et si gradus ille fuerit hylech et non habuerit alcochoden perquiras hylech a parte fortune. Tamen si natiuitas fuerit preuentionalis incipe primitus a parte fortune: et si fuerit hylech et non habuerit alcochoden aliquis horum perquiras hilech a gradu coniunctionis vel oppositionis antecedentis natiuitatem: et si nullus eorum habuerit alcochoden: quoniam natus non habuit hilech nec alcochoden est significatio vite hac durabilitatis modice. Et scias quod in hilech qui perquiritur ab ascendente et a parte fortune et a gradu coniunctionis vel preuentionis non aspicitur masculinitas nec femininitas signorum neque quartarum. Et dicit maior pars sapientum quod luna in tertia domo apta est vt sit hylech: quia gaudet in ea et dicunt similiter quod soli in nona domo conuenit esse hylech: quia gaudet ibidem.

Ex hoc alcochoden.

In hoc capitulo docet auctor eligere alcochoden qui est dator annorum vite. Sententia littere est talis cum volueris scire quis planetarum est dator annorum vite debemus aspicere quis planetarum habeat plures dignitates siue fortitudines in loco hylech. Verbi gratia: si sol fuerit hilech debemus respicere planetā fortiorem in loco solis. Et si lu-

na fuerit hylech debemus respicere fortiorem in loco lune: ⁊ sic de alijs locis intelligendum est. Et si talis planeta aspexerit locum hylech a quocunq; aspectu debemus ipsum accipere pro alcochoden. Si vero non aspexerit debemus respicere alium post illum. scilicet planetam qui habet in loco hylech aliquas fortitudines: sed non tot sicut primus dominus gradus. Verbi gratia: si vnus habeat in loco hylech sex fortitudines ⁊ alius habeat ibi. 5. vel 4. fortitudines si primus non aspexerit locum hylech nō poterit esse alcochoden: tunc si secundus aspexerit locum hylech debemus ipsum accipere pro alcochoden: ⁊ si ille etiam non aspexerit debemus aspicere iterum ad alium habentem pauciores dignitates ⁊ sic debemus procedere: donec inueniamus aliquē aspicientez locum hylech qui habeat aliquam dignitatem in loco hylech: ⁊ si nullam planetam inueneri mus aspicientem locum hylech qui habeat ibi dignitatem vel dignitates ille locus non potuit esse hylech: ideo in hoc casu oportet querere aliud hylech secundū modum prius dictum. Verbi gratia. si natiuitas fuerit diurna ⁊ sol fuerit in loco apto ad hoc ꝙ sit hylech: tamen nullus habet dignitatem in loco solis aspiciens ipsum sol non poterit esse hylech: quia non habet alcochoden: ideo oportet tunc perquirere hylech a luna: ⁊ si ipsa fuerit in loco apto hylech ⁊ nullus habens in loco eius dignitatem sit aspiciens eum oportet perquirere hylech a parte fortune vel a gradu coniunctionis vel peruentionis vel gradu ascendente secundū ordinem predictum. Et videbatur quibusdam esse incipiendum a domino domus ita videlicet ꝙ si dominus domus loci hylech aspexerit hylech aspiciebant eum ꝓ alcochoden ⁊ non aspexerunt aliquem alium. Si autem dominus domus non aspexerit aspiciebant ad dominum exaltationis qui si aspexerit ponebant illum alcochoden. Et si ille non aspexerit aspiciebant dominum triplicitatis. deinde ad dominum termini: deinde ⁊ vltimo ad dominum faciei. Dorothius aspexit primo dominum termini ⁊ preposuit eum domino domus: sed hoc non videtur veritati consonum. Et quidam dixerunt si duo vel tres vel plures planete cōueniāt dignitatibus ꝙ habeant equales fortitudines essentiales in loco hylech ⁊ omnes aspexerint illum locum accipiendus est ille qui propinquius aspicit: ⁊ si in hoc etiam conueniant quod raro contingit accipiendus est ille qui fuerit in esse laudabili a sole: ita ꝙ sit coniunctus cum sole in vno gradū ⁊ non sit elongatus ab ipso per. 16. minuta. Vel accipiendus est ille qui fuerit propinquior angulo aut ille q fuerit in initio ortus matutini: scilicet qui incipit apparere in mane ante ortum solis aut ille qui fuerit in statione sua secunda ⁊ iens ad directionem aut qui fuerit in alio esse laudabili a sole scilicet ꝙ sit orientalis: si fuerit aliquis trium superiorum aut occidentalis si fuerit aliquis trium inferiorū. Si vero contingat ꝙ sol fuerit hylech ⁊ fuerit in leone vel in ariete scilicet in domo vel exaltatione sua erit ipse hylech ⁊ alcochodē. Et si luna fuerit hylech ⁊ fuerit in cancro vel in tauro erit ipsa hylech ⁊ alcochoden ⁊ non oportet considerare aliquē alium. ptolomeus dicit ꝙ ille est alcochodē qui habet plures fortitudines in loco hylech siue aspiciat siue non aspiciat ipsum locum: sed nullus sapientum concordat cum eo. ideo tutius videt mihi tenere viam sapientū. De annis vero quos dat alcochoden licet auctor nihil dicat: volo tn̄ ꝺm sniam haly abenragel pauca ⁊ veritati magis consona narrare. Dicit haly abenragel maior pars sapientum huius scientie dicunt ꝙ qn̄ alcochoden fuerit in angulis dat annos suos maiores: ⁊ qn̄ in succedenti-



bus dat annos suos medios. ⁊ quando incadentibus dat annos suos minores nec dat melioramentum alicui succedentium super alium ⁊ est error. Dicit Haly abenragel. scias ꝙ de secretis coopertis ⁊ signalibus celatis huius scientie est quã do alcochoden fuerit in gradu decime domus dat annos suos maiores. Et quan do fuerit in gradu vndecime domus dat annos suos medios. Et quando remouetur ab vno istorum duorum locorum ⁊ vadit ad alium aspice quot gra- dus sunt ab vno ad alium ⁊ diuide per eos annos qui sunt inter annos maio- res ⁊ annos medios. Uerbi gratia: pono ꝙ gradus. 10. domus sit tertius gradus piscium: ⁊ pono ꝙ venus sit alcochoden ⁊ sit in. 13. gradu piscium: est ergo elon gata a puncto. 10. domus per. 10. gradus. ⁊ pono ꝙ a principio. 10. domus vsqꝫ ad principium. 11. sunt. 30. gradus. Scio ꝙ si esset in principio. 10. domus daret an nos maiores qui sunt. 82. Et si esset in principio. 11. domus daret annos suos me dios qui sunt. 45 nunc autem in neutro horum duorum punctorum est. subtrahã ergo 45. annos: scilicet medios ab annis maioribus scilicet. 82: ⁊ remanet. 37. an ni quos multiplicabo per distantiam veneris a principio decime domus ⁊ proue nient 370. ⁊ diuidam per. 30. scilicet per longitudinem inter decimam domum ⁊ vndecimam ⁊ exibunt. 12. anni ⁊ remanent post diuisionem. 10. que multiplica- bo per. 12. ⁊ diuidam per. 30. ⁊ exibunt quattuor menses: subtraham ergo. 12. an nos ⁊ quattuor menses ab annis maioribus veneris ⁊ remanebunt. 69. anni. ⁊ 8. menses: ⁊ erunt anni quos dat venus in tali casu. Istud exemplum poteris ap plicare ad alios angulos ⁊ domos. Dicit Haly abenragel quando alcochoden fuerit combustus ⁊ ipse iens ad solem. ita ꝙ non appareat perdit totum datum suum. quia quando est in hoc statu non dat nisi dies vel horas vel res que nomẽ non habent. ⁊ terminus combustionis est iste. Postqꝫ saturnus fuerit occidenta- lis a sole ⁊ sol fuerit ad eum ⁊ fuerint inter eos. 15. gradus donec remãserit ⁊ oriẽ talis fuerit ⁊ fuerint inter eos decem gradus completi. Et iupiter illud idem mars tamen postqꝫ inter eum ⁊ solem in occidente fuerint. 15 gradus quousqꝫ sit orien talis. ⁊ inter eos sint nouem gradus. Mercurius tamen facit facta sua ⁊ dat dona sua completa quamdiu fuerit directus: dummodo non sit appropinquatus soli ad minus de septem gradibus ⁊ a septem gradibus vsqꝫ ad. 5. dat non tamen cõ plete. Sed a principio septem graduum donec transeat solem per quinque gradus ꝑdit suuꝫ datum totum. ⁊ a quinqꝫ gradibus vsqꝫ ad complementum septeꝫ gra- duum dat modicum: verum postqꝫ transiuit. 7. gradus dat suum datum comple tum. ⁊ hoc idem facit venus excepto ꝙ quando apparet visibiliter ad minus ho rum quinqꝫ graduum dat tunc datum suum completum. Luna tamen quando applicat᷑ soli eundo ad eum ⁊ fuerint inter eos. 15. gradus debilitatur eius factuꝫ ⁊ dat modicam rem: scilicet dies vel quod huic assimiliatur. Et quando applicue rit soli ad. 12. gradus perdit totum eius datum donec transiuerit gradum solis per. 10. gradus ⁊ tunc dat modicum datum dies: scilicet vel quod ei assimilatur quousqꝫ transiuerit solem per. 12. gradus. ⁊ tunc dabit totum eius datum com- pletum. Casus autem planete qui est contrarius exaltationi aufert medium dati. ⁊ terminus huius casus ⁊ ita sol cum fuerit in quinto gradu libre quousqꝫ tran- seat. 25. gradus eiusdem est in casu suo. residuum signi iudicabitur sicut detrimen tum. Saturnus est in suo casu a principio duodecim gradus arietis donec tran- seat. 26. gradum eiusdem: ⁊ residuum signi pro detrimento iudicabitur. Jupiter

est in suo casu a quarto gradu capricorni vsq3 ad cōplementum.20.graduū.⁊ residuum signi iudicabitur sicut detrimentum mars est in suo casu a principio.19. gradus cancri vsq3 ad finē ipsius cācri.⁊ in principio ipsius signi iudicatur sicut detrimento.Et venus est in suo casu postq3 transiuit terminū. Jouis vsq3 ad.21. gradū virginis.Jstud de venere qd̄ dicit non pōt stare nisi intelligas scd̄m terminos ptolomei.ꝓm enim terminos illos.14. gradus virginis est finis termini iouis.Secundū vero terminos positos in alchabicio.non est ita.ibi enim terminus iouis finitur in.21.gradu virginis Uel igitur litera haly est corrupta vel nō potest dictū suū intelligi nisi ꝓm terminos ptolomei.Et mercurius est in suo casu a principio.8.gradus piscium vsq3 ad cōplementū.19.graduū ipsius:⁊ in residuo eiusdē signi iudicaꝫ tanq3 si esset in detrimento suo.Retrogradatio trium supiorꝫ planetarū a principio sue retrogradatiōis vsq3 ad oppositionē solis.i.vsq3 ad medium retrogradationis aufert medietatem dati ⁊ alia medietas remanet.⁊ quando transiuerit oppositionem solis aspice quot gradus ⁊ minuta ibi retrogradando ab oppositione solis ⁊ quot fuerint aspice quam partem proportionalē habēt ad oēs gradus quos hēt retrogradari ab oppositione vsq3 ad directionem ⁊ tantum addas medietati dati ⁊ dirigas gradus illos recte cum suis minutis tali modi ꝙ quando plneta fuerit in principio directionis sue dabit recte suū datum complectum Pono in hoc exēplū:pono ꝙ mars fuerit alcochoden ⁊ fuerit datum suū totū.60.anni secundū proportionem prius factā inter angulū succedentē ⁊ ponatur ꝙ sit ipse retrogradus inter medium retrogradationis amisit ergo in medio retrogradationis sue ⁊ ante mediū retrogradationis medietatē hoꝝ annoꝝ remāserunt.30.anni:⁊ pono ꝙ iuerit vltra medium retrogradationis sue.i.oppositionem solis retrogradando per duos gradus:⁊ pono ꝙ ab oppositiōe vsq3 ad directionem debeat ire retrogradando per.10.gradus multiplicabo igitur duos gradus p medietatē dati qd̄ amisit.s.per.30.annos ⁊ prouenient.60.que.60. diuidā per.10.⁊ exibunt.6.anni quos annos addā medietati dati.s.30.annis ⁊ pueniēt. 36.anni.hoc esset datū martis in casu proposito.Tū venus ⁊ mercurius postq3 q libet eoꝝ incipit retrogradari pdit medietatem dati eius qd̄ dat qñ est directus.⁊ postmodū aspice quot gradus ⁊ minuta sibi remanent vsq3 ad occultationē suā recte q3to plus poteris:q2 venus forte apparebit existendo inter eā ⁊ solem minus 5.gradibus.Et qñ fuerit apparens dabit medium datū nisi apparuit existendo inter eā ⁊ solē minus.5.gradibus.q2 tunc nō prodest illi apparitio illa in hoc statu.Postmodū dirigas illos gradus ⁊ minuta postq3 retrogradari incepit quousq3 occultauerit se subtiliter ⁊ recte ⁊ diuidas per hoc medium dati qd̄ remansit in modo predicto:q2 quando occultatur totū perdit eius datum sicut prediximus q2 nihil remanet ei.Et pōt exemplificari ad similitudinē exempli dati in retrogradatione trium superiorum.Dicit haly ꝙ iupiter ⁊ venus quando coniuncti fuerint corporaliter vel quando aspiciunt alcochoden de tertio vel sextili addunt numero annorum quos dedit alcochoden secundum numerum annorum suorum numerorum annos vel menses vel dies vel horas iuxta virtutes vel debilitates eorum ⁊ tamen ambe infortune saturnus ⁊ mars quando iunguntur corporaliter cum alcohoden vel ipsum aspiciunt de opposito vel quarto minuunt ei numerum annorum suorum minorum.Sed quando mercurius fuerit cum fortunis addentibus alcochoden addit ipse similiter numerum annoꝝ suoꝝ minoꝝ:⁊ quando sue

rit cum infortunis minuentibus alcochoden minuit etiam partem suam & quando mars & saturnus aspexerint de tertio a signis breuium ascensionum aut de sextili longarum ascensionum minuunt. Et dico quod sol in quarta & oppositiōe minuit numerum annorum suorum minorum: & addit de tertio & sextili. Multi ex astrologis antiquis & modernis dicunt quod luna fortunata addit de tertio vel sextili & omnes sapientes huius scientie confitentur quod quādo natus nō habuerit hylech & habuerit aliquam duarum fortunarum in ascendente vel medio celi possibile est quod viuet secundum quantitatem annorum minoruz illius fortune que vitam significauit nisi gradus ascendens & luna fuerint infortunati vel fuerit eadem fortuna domina domus mortis: quia tunc significat modicam durabilitatem & vitam.

Almutez vero qui preest natiuitati.

Hic auctor docet eligere almutem. i. planetam dominatorem in figura a quo accipitur esse nati post hylech & alcochoden. Sententia littere est ista planeta habens maius dominium siue plures fortitudines in. 5. locis predictis a quibus accipitur hylech que sunt locus solis locus lune locus coniunctionis vel preuentionis pars fortune gradus ascendens ille planeta est almutē. i. vincēs. Et si aliquis habuerit dignitates in secunda vel tertia vel pluribus locis ex locis predictis ille est almutem. Verbi gratia: pono quod vnus planeta sit dominus ascendentis & dominus termini eiusdem ascendentis: & cum hoc dominus faciei eiusdez. talis planeta haberet in ascendente. 8. fortitudines & pono quod alter planeta sit dominus exaltationis ascendentis & dominus domus loci solis & dominus triplicitatis partis fortune: talis planeta esset dignior almutem quam primus: quia habet plures fortitudines in locis predictis. Et vt abbreuietur sermo coligende sunt fortitudines cuiuslibet in. 5. locis predictis: & ille eorum qui abundauerit in numero fortitudinem ille erit almutem.

Et ex hoc profectio in annis natiuitatum atque mun.

In hoc capitulo docet opus profectiōis. idest mutationis annorum de vno signo ad aliud: & hoc dupliciter. Primo in annis natiuitatum. Secundo in annis magnarum coniunctionum. Opus in annis natiuitatuz est facile & est sententia littere talis. cum volueris scire ad quod signum applicat annus natiuitatis alicuius: vide quod anni perfecti transierint nato & incipies a gradu ascendente natiuitatis: & dabis cuilibet anno vnum signum & vbi finitus fuerit numerus ibi erit signum profectionis ab ascendente. Verbi gratia: ascendēs alicuius natiuitatis fuit. 10. gra. arietis in fine primi anni venit profectio ad. 10. gradum tauri. In fine secundi anni ad. 10. gradum geminorum. & sic secunduz hūc ordinem dando cuilibet anno signum vnum vsque ad cōplemētum. 12. annorum: tunc enim scilicet in fine. 12. annorum reuertitur ad locum radicis. Si āt multi anni transierint nato subtrahe a toto numero annorum perfectorum qui transierunt nato. 12. quotiens poteris. i. diuide per. 12. & numeruz qui remanet infra. 12. proiicie ab ascendente natiuitatis scz modū prius dictuz. Verbi gratia: ascendens cuiusdā natiuitatis fuit. 13. grad. virginis & trāsierūt nato. 32. anni solares cōpleti subtrahā a. 32. annis. 12. bis & remanēt. 8. anni cōpleti: dabo ergo. 1. annū vgini. scōz libre.

tertium scorpioni. quartum sagittario. quintu3 capricorno. sextum aquario. septimum piscibus. octauum arieti: veniet ergo profectio ad signum quod succedit immediate. scilicet ad taurum ad consimilem gradum gradui radicis. scilicet ad. 13. eiusdem Sicut dixi de gradu ascendente ita faciendum est de gradu solis. ⁊ gradu lune: ⁊ gradu partis fortune: ⁊ vbi applicuerit annus dominus illius signi est dispositor illius anni. Et ab illo accipiuntur facta de quibus natus se intromittet illo anno ⁊ fortunia ⁊ infortunia que accident sibi illo anno. Auctor ponit exempla in littera: ideo non est necesse multum insistere exemplis. Deinde dicit auctor cum profectio anni peruenerit ad aliquem gradum alicuius signi ⁊ fuerit aliquis planeta vel radij alicuius planete post ipsum grad. in eodem signo vel in eadem domo in figura ⁊ volueris scire quando perueniet profectio ad ipsum planetam vel radios eius: vide quot gradus ⁊ minuta sint inter grad. ad quem peruenit annus ⁊ ipsum planetam vel radios eius ⁊ multiplica illos per. 2. ⁊ sextam vnius. hoc est dicere dabis cuilibet gradui. 12. dies ⁊ sextam partem vnius ⁊ prouenient tibi dies qui sunt a principio illius anni vsq3 ad tempus in quo profectio peruenient ad planetam vel eius radios. Ratio autem quare cuilibet gradui dantur. 12. dies. ⁊. 6. vnius est. quia hoc modo in fine anni completur vnum signu3. Si enim multiplicaueris. 30. gradus per. 12. ⁊ sextam vnius prouenient. 365. dies qui sunt dies vnius anni. Dicit ptolomeus in propositione. 236. quarte partis quadripartiti sui. ⁊ sciemus dispositionem facti annorum accipiendo numerum annorum natiuitatis: ⁊ proijciemus eos a quolibet locorum hylegiorum secundum ordinationem signorum vnicuiq3 signo annum ⁊ accipiemus dispositorem signo in quo applicat numerus graduum. Idem hali in commento dicit quod in hoc dicto vult narrare ptolomeus quod quodlibet signum disponit in anno vno. ⁊ sic ibi signi reuolutio in quo est significator quibuslibet. 12. annis vna vice vsq3 ad finem vite ⁊ hoc sciunt in omnes astrologi.

Profectio autem ex annis mundi.

Hic docet opus pfectionis in annis mundi. Sententia littere est talis. Cū volueris scire applicationem annorū alicuius secte vide quot transierint anni solares completi a principio illius anni in quo fuit magna coniunctio que significauit illam sectam: ⁊ diuide illum numerum annorum per. 12. ⁊ numerum qui remanserit intra. 12. proijcie ab ascendente illius anni in quo fuit coniunctio ⁊ vbi applicuerit numerus ibi est signum profectionis. Auctor ponit exemplum in littera de secta sarracenoꝝ. i. machometi: ⁊ dicit ꝙ inter annū coniunctionis que significauit legē illā ⁊ annū apparitionis machometi. s. in quo incepit pdicare fuerunt. 61. anni. Alia littera h3. 52. anni. Ego credo ꝙ debent esse. 52. anni: ⁊. 57. dies alioquin non concordabit cū illo qđ dicit postea ⁊ ascendens anni in quo fuit illa coniunctio fuit signū geminoꝝ ⁊ prouenit ille annus in quo icepit predicare ad signū virginis: scilicet ad signū illius planete qui fuit dñs signi ascendentis anni coniunctionis. Si enim subtrahantur a. 51. 12. quotiens poterit remanent. 3. detur ergo signo geminorum primus. secundus cancro. tertius leoni. ⁊ sic annus incompletus qui fuit positus in numero peruenit ad signum virginis. Non est nobis magna cura quot anni fuerunt ab anno illius ꝯiunctionis vsq3 ad primū an

nuā arabum. Sufficiat enim nobis scire q̄ annus illi in quo icipera͞t anni arabū
puenit ad virginē: qa anni arabū sunt nobis noti ex tabulis extractionis earuȝ ⁊
poterimus incipere a v̓gine ƀm q̄ dicit auctor in lr̄a. Et qr ipe auctor ipsi opera
bantur i ptib⁹ suis per annos psaꝝ: iō applicat dcm̄ suū ad ānos psaꝝ ⁊ dicit cū
volueris hr̄e noticiam huius rei. i. scire ad qḋ signuȝ applicat annus ex āno con
iunctionis que significauit sectā sarracenorū vide quot anni psaruȝ transierunt ⁊
verte illos in dies p tabulā extractionis earū deseruientem annis psaꝝ. aut quod
multiplicentur anni per. 365. tot eniȝ dies continet annus psicus quia anni psici
non hn̄t q̄rtam diei ⁊ numero dierū q prouenerit tibi adde. 3624. dies. tot eni di
es fuerunt a principio annorum arabum vsq; ad principiuȝ annoꝝ persaꝝ. ⁊ qḋ
collectum fuerit diuide per. 395. ⁊ quartā vnius: ⁊ puenie͞t anni solares: si qd resi
duuȝ fuerit erunt dies anni imperfecti. Et potes etiam numerum dierum reduce
re ad annos solares per tabulas extractionis earū deseruienteȝ annis solaribus.
Tota intentio auctoris stat in hoc quod sciamus quot anni solares psecti tran-
sierunt ab initio annorum arabuȝ vsq; ad tempus cōsiderationis ⁊ damus cuili
bet anno vnum signum ƀm modū prius dictū: ⁊ incipiemus a virgine: ⁊ ego po
nam exemplum applicando ad computationes nostras ƀm annos dn̄i nr̄i iesu
christi. Cum volueris scire ad qḋ signum applicat annus cōiunctionis que signi
ficauit legem sarracenoruȝ. subtrahe ab annis xp̄i 621. annos: ⁊. 6. menses. ⁊. 14.
dies tot enim anni fuerunt a principio annorum christi vsq; ad principium an-
norum arabum ⁊ numerum annorum perfectorum qui remanserit diuide p. 12.
⁊ illud qḋ remanent pijce a virgine dando cuilibet anno signum vnū ƀm modū
prius dictum ⁊ remane͞t annus imperfectus sequens annos perfectos quos diui-
sisti manet in virgine. Verbi gratia: anni xp̄i sunt mō. 1330. completi. ⁊ 22. dies
ab illis subtraham. 621. annos. 6. menses. 14. dies remanent. 708. anni solares
perfecti. 6. menses. ⁊. 8. dies. Illius sunt anni qui⁹ transierunt a principio annoꝝ
arabum vsq; modo quos annos perfectos diuidaȝ per. 12. ⁊ totus numerus sur
git ita q̄ non remanet aliquis annus perfectus. Dico ergo q̄ profectio anni con
iunctionis magne que significauit sectam sarracenoꝝ modo est in virgine ƀm sen
tentiam auctoris. Sicut exemplificatū est de secta sarracenoꝝ ita pōt fieri in alijs
sectis si debeant dici secte si sciatur coniunctio significans illam sectā ⁊ ascendens
anni coniunctiōis. Sed de hac materia non expedi multum loqui. est enim res q̄
non ꝯcordat cū fide nostra: sed si qs delectaꝛ in his ⁊ voluerit reducere mutatio-
nes que fiunt in legibus ad motus superioꝝ corporū legat libros de magnis con
iunctionibus ⁊ ibi inueniet. Deinde dicit si volueris profectionē a signo cōiūctio-
nis que significauit predictā sectā pijce annos predictos a scorpiōe: qr coniunctio
illa ƀm eum fuit in scorpione. Si vero volueris pfectionē ab ascendēte regni vi-
de quot anni solares transierunt a principio illius regni. Ipse exēplificat de vno
regno sed nescio de quo regno loqꝛ ⁊ non curo qr sine exēplo suo pōt intelligi lr̄a.
Sicut aūt dr̄ de ascendente regni ita dȝ itelligi de ascēdēte fundatiōis alicuius ci-
uitatis vel castri vel ēt cuiuscunq; edificij. ita q̄ accipianꝛ anni solares psecti q trā
sierūt a principio fundationis illius ⁊ pijcianꝛ ab ascendēte principij fundatiōis
ƀȝ modū añ dictū. Deinde dicit si volueris pfectionē ab ascēdēte mutatiōis ꝯiū
ctiōis. Iouis ⁊ saturni de triplicitate aquatica ad triplicitatē ignēā subtrahe ab
annis psarū. 176. annos psicos ⁊ conuerte illos qui remane͞t in annos solares ⁊

proijce a leone vult dicere quod coniunctio iouis et saturni in principio annorum persarum fuit in triplicitate equatica et post principium annorum persarum per quos ipsi computabant per.176.annos mutauit se coniunctio ad triplicitatē igneam:ideo iubet subtrahere ab annis persarum.176.annos et remanent anni qui transierunt ab anno mutationis,coniunctionis ad triplicitatē igneam et iubet eos annos qui remanent vertere in annos solares quia persici non habent bixestum: et anni solares habent:profectio autem fit secundum annos solares:et iubet proijcere a leone:quia secundum ipsum leo fuit ascendens in anno mutationis coniunctionis ad triplicitatem igneam.ex quo videtur quod auctor iste fuit et composuit hunc librum in tempore quo coniunctio fuit in triplicitate ignea.nunc autem hec coniunctio est in triplicitate aerea.ideo ponam exemplum de triplicitate in qua nos sumus.Cum volueris scire profectionem ab anno mutationis coniunctiōis iouis et saturni ad triplicitatem aerem subtrahe ab annis christi.1324.annos.et.71.dies.et.20.horas tantum enim tempus transiuit a principio annorum christi vsq; ad principium annorum mutationis coniunctionis ad triplicitatem in qua nos sumus:et residuum proijce a.13.gradu tauri.ille enim fuit ascendens anni supradicti:et vbi perduxerit te numerus ibi erit profectio anni.Verbi gratia:anni christi sunt numero.1330.completi:et.22.dies ab illis subtraham.1334.annos et.17.dies.et remanerit.5.anni perfecti et.316.dies anni imperfecti:dabo primum annū tauro incipiendo a.13.gradu eius secundum signo geminorum incipiendo a.13.gra.eius tertium cancro.quartum leoni incipiendo a.13.gradu eius.quintum vgini incipiendo.a.13.gradu eius.venit ergo profectio.6.anni mundum perfecti ad libram ad.13.gradum.Et si volueris gradum in quo est perfectio diei vltimi ex diebus qui transierunt de anno imperfecto multiplica numerum dierum anni perfecti per.30.et productum diuide per.365.et numerus quotiēs erit gradus. Si autem aliquid remanserit post diuisionem multiplica illud per.60.et diuide per idem quod prius et numerus quotiens erit minuta.verbi gratia.in proposito exemplo remanserunt de anno imperfecto.316.dies quos multiplicabo per.30 et prouenient.9480.quem numerum diuidam per.365.et exibunt.25.gradus et remanent post diuisionem.355.que multiplicabo per.60.et prouenient.21300.et diuidam per.365.et exibunt.58.minuta addam ergo super.13.gradum libre.15.gradus et.58.minuta et proueniet numerus vsq; ad.8.gradus et.58.minuta scorpionis ibi ergo nunc est profectio ab ascendente anni mutationis coniunctionis ad triplicitatem aeream.

Et ex hoc directio. In hoc capitulo auctor docet dirigere significatorem quemlibet ad quemlibet locum circuli. Intelligendum est primo quod directio siue dirigere significatorem ad quemlibet locum circuli nihil aliud est quam inuenire gradus equinoctialis qui reuoluuntur a loco significatoris vsque ad locum ad quem debet dirigi.Si locus significatoris fuerit in medio celi vel in angulo terre tunc dirigere est inuenire gradus equinoctialis qui reuoluuntur a loco significatoris vsque ad locum quem debet dirigi in orizonte recto.Si autem fuerit in ascendente vel in occidente tunc est inuenire illos gradus in orizonte obliquo. Si autem non fuerit in aliquo horum locorum.tunc accipiuntur ascensiones mix-

tum: scilicet miscendo ascensiones circuli directi cum ascensionibus regionis: proportionaliter tamen secundum distantiam loci significatoris ab angulis: et gradus directionis quandoque significant annos quandoque dies quandoque alia tempora. In natiuitatibus quilibet gradus significat annum. In reuolutionibus annorum mundi et natiuitatum quilibet gradus significat diem. Et quidam volunt quod in reuolutionibus annorum. 59. minuta et. 8. secunda scilicet motus solis in vno die, significant vnum diem. In coniunctionibus solis et lune et in oppositionibus secundum quosdam quilibet. 13. gradus. 10. minuta scilicet quantum luna mouetur in die per medium cursum significant diem. Cum ergo volueris significatorem aliquem dirigere ad quecunqz locum circuli si significator ille fuerit in gradu medij celi vel in angulo terre subtrahe ascensiones circuli directi gradus significatoris ab ascensionibus circuli directi loci ad quem vis dirigere et remanent gradus directionis. Si vero significator fuerit in ascendēte aut occidente subtrahe ascensiones circuli obliqui gradus significatoris ab ascensionibus circuli obliqui ad quem vis eum dirigere et remanent gradus directionis. Exemplum quando est in medio celi. Pono quod luna sit in medio celi in. 5. gradu aquarij et pono qz radij oppositi saturni sint in. 6. gradu piscium. Ponaz qd vellim dirigere lunam ad radios oppositos saturni. Quesiui igitur ascēsiones gradus lune in circulo directo et inueni. 37. gradus. 23. minuta. Quesiui etiam ascensiones sexti gradus piscium vbi sunt radij oppositi saturni in eodem circulo directo et inueni. 67. gradus. 48. minuta. Deinde subtraxi ascensiones lune ab ascensionibus radiorum saturni et remanserunt. 30. gradus. 25. minuta. illi essent gradus directionis in hoc casu. Exemplum quando est in ascendente. Pono quod luna sit in eodem. 5. gradu aquarij et radij saturni in. 6. piscium. Quesiui ascensiones gradus lune in circulo obliquo in regione cuius latitudo est. 48. graduum. et inueni. 330. gradus. 22. minuta. Quesiui etiam ascensiones sexti gradus piscium et inueni. 348. gradus. 31. minuta. subtraxi ascensiones lune ab ascēsionibus gradus radiorum saturni et remanserunt. 18. gradus. 9. minuta illi essent gradus directionis in hoc casu. hoc eodem modo dirigitur gradus ascendens ad quemlibet locū circuli. Si vero significator dirigēdus fuerit extra hec loca tunc si fuerit inter medium celi et ascendens vide distantiaz eius a medio celi subtrahendo ascēsiones gradus medij circuli in circulo directo ab ascensionibus gradus significatoris quam distantiam serua. Deinde scias medietatem arcus diurni gradus significatoris per modum dictum in capitulo de radiationibus et serua eam. Deinde subtrahe ascensiones circuli directi gradus significatoris ab ascensionibus circuli directi loci ad ad quem vis eum dirigere et qz remanserit erit significator circuli directi serua eum. Deinde subtrahe ascensiones gradus significatoris in circulo obliquo ab ascensionibus loci ad quem vis eum dirigere in eodem circulo obliquo et qz remanserit est significator regionis. Deinde subtrahe significatorez minorem de maiori et differentiam multiplica per distantiam ab angulo medij celi, et productum diuide per medietatem arcus diurni et proueniet pars proportionalis quam adde super significatorem circuli directi si fuerit minor significatore regionis: vel subtrahe si fuerit maior et qz prouenerit erit gradus directionis. Si autem velles dirigere contra successionem signorum sicut diriguntur partes et planete retrogradi, s. procedendo ab ascendēte versus mediū celi: tunc debes ac-


cipere distantiam significatoris ab ascendente per ascensiones regionis: ꝛ debes addere partem proportionalem differentie duoꝝ significatoꝝ sup significatorem regiõis: si ille erit minor significatore circuli directi aut subtrahere ab eo si esset maior. in alio non differt opus. Si autem significator dirigendus fuerit inter ascendens ꝛ angulum terre: vide distantiam gradus significatoris ab ascendente subtrahendo ascensiones gradus ascendentis regionis ab ascensionibus gradus significatoris regionis ꝛ serua distantiã. Deinde scias medietatem arcus nocturni gradus significatoris p modũ dictũ in ope radiationũ quã ẽt serua. Deinde subtrahe ascensiones gradus significatoris in circulo obliquo ab ascensionibus loci ad quẽ vis eum dirigere in eodẽ circulo obliquo ꝛ qđ remanserit est significator regionis quẽ serua. Deinde subtrahe ascensiones gradus significatoris circuli directi ab ascensionibus circuli directi loci ad quem vis eũ dirigere ꝛ ꝙ remanserit erit significator circuli directi. deinde subtrahe minorẽ de maiori ꝛ remanebit differentia duoꝝ significatoꝝ: quã multiplica p distantiam gradus significatoris ab ascendente ꝛ productum diuide p medietatẽ arcus nocturni gradus significatoris ꝛ proueniet pars ꝑportionalis quã adde significatori regionis si fuerit minor significatore circuli directi: vel subtrahe a significatore regionis si fuerit maior significatore circuli directi: ꝛ post additionẽ: vel subtractionẽ prouenerit sunt gradus directionis. Si vero volueris dirigere contra successionẽ signoꝝ. s. procedendo ab angulo terre versus ascendens: tunc debes accipere distantiã significatoris ab angulo terre per ascensiões circuli directi ꝛ multiplicare illã p differentiã duorũ significatoꝝ ꝛ diuidere p medietatẽ arcus diurni vt prius dictum est: ꝛ partem proportionalẽ debes addere ad significatorẽ circuli directi si fuerit minor significatore regionis. Uel subtrahere si fuerit maior in alio non differt opus. Si aũt significator dirigendus fuerit inter angulũ terre ꝛ gradũ occidentis operari debes cũ gradu opposito significatoris ꝛ cum gradu opposito loci ad quem vis eũ dirigere ꝛ p distãtiã gra. oppositi significatoris a medio celi: ꝛ p medietatẽ arcus diurnũ gra. oppositi significatoris gra. enim oppositus significatoris tñ distat a linea meridiana quantũ gra. significatoris ab angulo terre: ꝛ medietas arcus diurni gra. oppositi est tanta q̃ta est medietas arcus nocturni significatoris. ꝛ est tũc idẽ opus ꝙ fuit inter mediũ celi ꝛ ascendens. Si vero significator dirigendus fuerit inter angulũ occidentis ꝛ mediũ celi debes operari similiter p gradũ oppositũ significatoris ꝛ p distantiã eiusdẽ ab ascẽdente ꝛ p medietatẽ arcus nocturni eiusdẽ gradus oppositi ꝛ p gradũ oppositũ loci significatoris ad quẽ dirigendus est: ꝛ ẽ eiusdẽ operatio sicut fit inter ascendens ꝛ angulum terre. Si vero contingat ꝙ significator dirigendus sit in vna quadra ꝛ locus ad quem debet dirigi sit in alia quadra. Uerbi gratia: significator sit inter medium celi ꝛ ascendens: ꝛ locus ad quem debet dirigi sit inter ascendens ꝛ angulum terre: tũc debes dirigere vsq; ad angulum ꝛ postea dirigere angulũ vsque ad locum ad quem debet dirigi ꝛ iungere has directiones insimul. Diriges autem significatorem prius dictum: ita ꝙ accipias distantiam significatoris ab angulo qui est retro ipsum in ordine signorum sicut si fuerit inter angulum medij celi ꝛ ascendens accipies distantiam eius ab angulo medij celi. Et si fuerit inter ascendens ꝛ angulum terre accipies distãtiam eius ab ascendente accipies etiam medietatẽ arcus diurni vel nocturni gradus significatoris vel eius oppositi p modũ prius dictũ: ꝛ angulũ ad quẽ vis di

Ab ascẽdẽte in angulum directio

Ab angulo terre in occi[dentem]

A gradu occidentis in medium celi

riger e accipiens pro loco ad quem debet dirigi. ⁊ teneto ordinem prius dictum. Il
lam directione facta diriges angulum per modum prius dictum quando signifi
cator fuerit in aliquo angulorum usq; ad locum ad quem debet dirigi significator. ⁊
addes unam directionem cum alia ⁊ prouenient gradus directionis. Auctor in lit
tera dicit quod debet accipi distantia significatoris ab angulo ⁊ illa debet diuidi
per partes horarum gradus significatoris ⁊ prouenient hore distantie significa-
toris ab angulo ⁊ dicit quod debet accipi sexta pars differentie duorum significa-
torum quam sextam partem iubet multiplicare per horas distantie significato-
ris a meridie. ⁊ proueniens iubet addere ad significatorem circuli directi vel sub
trahere per modum dictum. Sed modus quem posui est levior ⁊ planior. In mo
do enim auctoris oportet accipere distantiam ab angulo per eundem modū quē
ego posui ⁊ ultra hoc oportet querere partes horarum gradus significatoris: ⁊
postea diuidere distantiam ab angulo per partes horarum gradus significato-
ris: ⁊ quod prouenerit tenere. Oportet etiam secundum modum suum querere si
gnificatorem circuli directi ⁊ significatorem regionis per eundem modum quem
posui ⁊ etiam differentiam duorum significatorum: ⁊ ultra hoc oportet illam dif
ferentiam diuidere per sex ad hoc que habeatur sex pars eius. Cum in multitudi
ne operationum faciliter cadat error videtur mihi modus quem posui certior.



Exemplum quando significatos est inter medium celi ⁊ ascendens ⁊ locus ad
quem debet dirigi in eadem quadra scilicet inter medium celi ⁊ ascendens. Po-
no q; luna sit hylech ⁊ sit in quinto gradu aquarij ⁊ pono quod radij oppositi
saturni ⁊ idem esset de corpore. sint in sexto gradu piscium: ⁊ pono quod angu-
lus medij celi sit. 20. gradus capricorni. Ad dirigendum lunam ad radios satur
ni quesiui primo ascendens gradus medij celi in circulo directo ⁊ inueni. 21. gra
dus. ⁊. 39. minuta subtraxi ascensiones gradus medij celi ab ascensionibus gra
dus lune: ⁊ remansit distantia lune a medio celi. 15. gradus. 44. minuta. Dein-
de quesiui ascensiones gradus lune in circulo obliquo ⁊ inueni. 330. gradus. 22.
minuta quesiui etiam ascensiones gradus oppositi loci lune. 104. gradus ⁊. 30. mi
nuta a quibus subtraxi ascensiones gradus lune: sed quia non potui subtrahere
eo quod ascensiones gradus lune erant maiores ascensionibus gradus oppositi
addidi ascensionibus gradus oppositi lune. 360. gradus ⁊ prouenerunt. 464.
gradus. 30. minuta: deinde subtraxi ⁊ remanserunt. 134. gradus. 8. minuta ⁊
hoc fuit totus arcus diurnus gradus lune quem mediaui ⁊ fuit medietas. 67.
gradus ⁊ quattuor. minuta. Seruaui itaque distantiam lune a medio celi ⁊ me-
dietatem arcus diurni lune. Deinde subtraxi ascensiones gra. lune in circulo di-
recto que fuerint. 37. gradus. 23. minuta ab ascensionibus gradus radiorum sa-
turni in eodem circulo que fuerunt. 67. gradu. 48. minuta ⁊ remanserunt. 31. gra
dus. 25. minuta: ⁊ hoc fuit significator circuli directi seruaui itaque eum. Deinde
subtraxi ascensiones gradu lune in circulo obliquo qui fuerunt. 330. gradus. 22.
minuta ab ascensionibus radiorum saturni in eodem circulo obliquo qui fue-
runt. 348. gradus. 31. minuta ⁊ remansit significator regionis qui fuit. 18. gra-
dus. 9. minuta. Deinde subtraxi significatorem regionis a significatore circuli di
recti ⁊ remansit differentia duorum significatorum que fuit. 12. gradus. 16. mi-
nuta. Deinde multiplicaui istam differentiam per distantiam lune a medio ce-
li ⁊ diuisi per medietatem arcus diurni gradus lune ⁊ prouenit pars proportio-


nalis que fuit.2.gradus.25.minuta.38.scda quã partẽ pportionalem etiã subtrari a significatore circuli directi: quia fuit maior significatore regionis et remanserunt gra directionis qui fuerunt.27.gradus.32.minuta.21.secundo. accepi p quolibet gradu vnum annum z pro quibuslibet minutis.5 residuis vnum mensem.z pro quolibet minuto.6.dies: z pro quolibet secũdo.6.minuta dierum cuz completum fuerit hoc tempus a tempore natiuitatis: cuius figura fuerit hoc mõ disposita morietur natus. Quando vero significator est inter ascendens z angulũ terre operaberis cum distantia ab ascendente z cum medietate z arcus nocturni: z non differt in alio. Cum volueris dirigere contra successionem signorum si significator fuerit inter mediũ celi z ascendens operaberis cuz distantia ab ascendente z cum medietate arcus diurni. Si significator fuerit inter angulum terre z gradum occidentis operaberis cum opposito gradus significatoris z gradu opposito loci ad quem vis dirigere: z tunc est opus tuum inter mediũ celi z ascẽdens. Et si significator fuerit inter gradum occidentis z medium celi operaberis similiter cum gradibus oppositis: z tunc est opus tuum inter ascendens z angulum terre. ¶ Nota tamen q secundum modum dictum diriguntur significatores quando non habent latitudinem. Quando autem significatores habent latitudinem difficilior est modus: z propter hoc factum fuit instrumentum ad dirigendum planetas habentes latitudinem z illud instrumentum vocatur directorium. Videbatur compositori seu inuentori illius instrumenti q significator habens latitudinem non posset dirigi per tabulas ascensionum: vel non sine magna difficultate. Ego autem dico q instrumentum suum non est sufficiens: nisi sit maxime quantitatis: ita q possit recipere minuta: tale autem vix potest fieri. In directionibus enim vt plurimum accipitur pro quolibet gradus vnus annus. modo si in directionibus instrumentum non sit diuisuz nisi per gradus vix inuenietur in eo certitudo vsqz ad annum: z hoc si instrumentum sit bene factuz: ita q non sit error in diuidendo: hoc autem non sufficit. Et ego dico tibi q significator habens latitudinem potest dirigi ad locum habentem latitudinem per tabulas ascensionum: z non vidi modum expositum in aliquo libro. Modus autem est iste cum volueris dirigere significatorem habentem latitudinem ab ecliptica ad corpus alicuius planete etiam habentis latitudinem vel ad radios alicuius habentis latitudinem: quere primo: gradum cum quo significator mediat celum ẽm doctrinam canonum primi mobilis. Deinde quere gradum cum quo mediat celum locus ad quem vis dirigere ẽm eandem doctrinaz: z accipies gradum cum quo significator mediat celum pro loco significatoris: z per hunc scies distantiam significatoris a medio celi vel ab ascendente per modum prius dictum: nec plus nec minus: z accipies locum cum quo mediat celum locus ad quem debet dirigi pro loco ad quem debet dirigi: z cum istis duobus queres significatorem circuli directi per modum prius dictum. deinde quere gradum cũ quo oritur significator regione sua ẽm doctrinam canonum primi mobilis: quere etiam gradum cum quo oritur locus ad quem debes dirigi ẽm eodem canones. Deinde cum gradu cum quo oritur significator queres medietatem arcus diurni vel nocturni per modum prius dictum: z queres significatorem regionis cum istis duobus gradibus.s. cum gradu cum quo oritur significator z cũ gradu cum quo oritur locus ad quem debet dirigi in alio nõ differt opus. Dico tibi etiam z breuiter oportet q̃rere gradũ in quo significator mediat celum z graduz

cum quo mediat celum locus ad quem debet dirigi cum primis duobus oportet
querere significatorem circuli directi: cum alijs duobus oportet querere signifi-
catorem regionis. Cum gradu cũ quo significator mediat celum opꝫ q̃rere distã-
tiã a medio celi si fuerit inter mediũ celi ⁊ ascẽdẽs: cũ gradu cũ quo oritur signifi
cator opꝫ q̃rere medietatẽ arcus diurni vel nocturni. Si aũt significator fuerit in
ter ascendens ⁊ angulũ terre opꝫ querere distantiã significatoris ab abscendente
cum gradu cum quo oritur significator ⁊ cũ eodem medietatem arcus nocturni
in omnibus alijs est idem opus cum opere prius dicto. Est etiam vnus alius ca
sus qui potest contingere in directionibus qñ significator ⁊ locus ad quẽ debent
dirigi habent latitudinem: aut vnus eorum habet latitudinem. Potest enim cõ
tingere ꝙ significator dirigendus ⁊ locus ad quem debet dirigi simul veniant
ad lineam meridianam: ita ꝙ ambo mediant celum cum eodem gradu: licet nõ
sint in eodem gradu in eclyptica. Si aliquis istorum casuum eueniat: tunc opera
beris eodem modo quo dicam. Si significator ⁊ locus ad quem debet dirigi
veniant cum eodem gradu ad medium celi: quia non sunt alique ascensiones in
circulo directo inter eos pones pro significatore circuli directi. o. Postea queres
significatorem regionis accipiendo ascensiones in circulo obliquo a loco cũ quo
oritur significator vsqꝫ ad locum cum quo oritur locus ad quem debet dirigi: ⁊
totum illud. scilicet significatorem regionis multiplicabis per distantiam signi-
ficatoris ab angulo ⁊ productum diuides per medietatem arcus diurni vel no-
cturni. ⁊ proueniet pars proportionalis quam tenebis pro gradibus directiõis.
Si autem significator dirigendus: ⁊ locus ad quem debet dirigi oriantur cũ vno
⁊ eodem gradu pones pro significatore regionis. o. ⁊ significatorem circuli dire-
cti multiplica per distantiam significatoris ab angulo: ⁊ diuide per medietatem
arcus diurni vel nocturni: ⁊ proueniet pars proportionalis quam tenebris pro
gradibus directionis. Ponere de omnibus exempla esset nimis longum. sꝫ in-
tendo domino concedente in fine istius expositionis ponere equationem vnius
natiuitatis: in qua patebit modus inuestigandi ascendentem eligendi hylech ⁊
alcochoden: ⁊ ponam ibi aliquas proiectiones radiorum ⁊ aliquas directiões:
sufficiant hec de opere directionum. Dicit auctor in littera cognitis annis dire-
ctionis si volueris scire locum istius directionis in zodiaco adde annos directio-
nis super ascensiones circuli directi gradus significatoris si significator fuerit in
medio celi vel in angulo terre ⁊ reduces ad gradus equales in circulo directo: ⁊
vbi perduxerit te numerus in circulo signorum: ibi est locus directionis: ⁊ dicitur
locus diuisionis ⁊ dominus termini illius loci dicitur diuisor. Si significator fue
rit in ascendente adde annos directionis super ascensiones regionis gradus si-
gnificatoris. ⁊ reduc ad gradus equales in circulo obliquo: ⁊ vbi perduxerit nu-
merus in circulo signorum ibi est locus diuisionis: ⁊ dominus termini illius lo-
ci est diuisor. Et istud est idem opus cum opere de proiectionibus radiorum: ⁊
quando feceris directionem ⁊ feceris istud opus inuenies in fine eundem locum
ad quem direxisti: nisi significator haberet latitudinem.

Et ex hoc algebutar in natiuitati-

bus. In hoc capitulo auctor docet dirigere gradũ ascendentẽ in natiuitati
bus. Sententia littere est talis. Considera in cuius planete termino sit gradus

ascendens ꝛ considera finem illius termini. Deinde quere ascensiões gradus ascē dentis in circulo obliquo per tabulam tue regionis ꝛ serua eas: quere etiam ascē siones finis illius termini per eandem tabulam a quibus subtrahe ascensiones gradus. ascendentis ꝛ gradu. qui remanserint sunt gradu. directionis. accipe pro quolibet gradu annum vnum. ꝛ pro quibuslibet quinq; minutis vnum mensē: ꝛ pro quolibet minuto. 6. dies ꝛ pro quolibet secundo duas horas. et. 24. minuta hore: et planeta qui est dominus termini est dispositor annorum siue diuisor. postea considera finem termini: immediate sequentis: et subtrahe ascensiones finis termini precedentis ab ascensionibus finis termini illius: et remanebunt gradus directionis accipe sicut primus pro quolibet gradus. annum vnum et cetera. et dominus illius termini est dispositor siue diuisor et isto modo facies ad finē cuiuslibet signi secundum ordinem signorum vsq; ad finem vite. Et si fuerit in aliquo termino aliquis planeta vel radij alicuius planete illa planeta erit particeps in diuisione. Exemplum in hoc pono q ascendēs alicuius natiuitatis fuit quartus gradus virginis completus ad dirigendum gradum istum considera primo in cuius planete termino est iste gradus. ꝛ patet primo q in termino mercurij ꝛ durat terminus vsq; ad finem septem gradus virginis. quesiui ascensiones gradus ascendentis in orizonte obliquo in regione cuius latitudo est. 48. gradus ꝛ inueni. 144. gradus. 27. minuta. quesiui etiam ascensiones finis termini. scilicet finis septem gradus virginis ꝛ inueni. 148. gradus. 33. minuta. subtraxi ascensiones gradus ascendentis ab ascensionibus finis termini ꝛ remanet. 4. gradus. 6. minuta. dedi cuilibet gradui annum ꝛ quibuslibet. 5. minutis vnum mensem ꝛ cuilibet minuto. 6. dies: ꝛ fuerūt quattuor anni idest mensis. 26 dies. ꝛ mercurius dominus termini fuit dispositor istorum annorum. Deinde consideraui terminum immediate sequentem qui est veneris et durat vsq; ad finem. 17. gradus virginis quesiui ascensiones finis termini illius scilicet veneris et inueni. 162. gradus. 15. minuta a quibus subtraxi ascensiones finis termini precedentis mercurij: et remanserunt. 13. gradus. 44. minuta. qui fecerunt. 13. annos. 8. menses. 12. dies. et venus disposuit hos annos. in fine istius termini fuit etas nati. 17. anni. 9. menses. 18. dies. Deinde sequitur terminus Jouis qui durat vsq; ad. 21. gradum virginis completum. quesiui ascensiones eius et inueni. 167. gradus. 93. minuta a quibus subtraxi ascensiones finis termini precedentis: et remanserunt quinq; gradus. 28. minuta que fuerunt quinq; annos. quinq; mēses. 18. dies: et Jupiter fuit dispositor istorum annorum. Factaq; est etas nati in fine istorum annorū. 23. anni tres menses. sex dies. Deinde sequitur terminus martis et faciendo est vt prius: ꝛ sm istū ordinem est directio continuanda vsq; ad finem vite: et quotiens directio peruenit ad corpus vel radios infortune veniet nato infirmitas vel impedimentum in corpore suo secundum naturam illius infortune nisi fortune aspexerint ipsum locum. tunc enim minuent malum.



Ex hoc duodenaria planetarum ꝛ domorum.

In hoc capitulo auctor docet inuenire dominū duodenarie. Intelligendum est ad euidentiam istius capituli q quodlibet signum intelligitur diuidi in duodecim partes: ꝛ quelibet pars est de duobus gradibus ꝛ. 30. minutis. Hispalensis ponit. hoc capitulum: ꝛ duo capitula sequentia inter dignitates planetarū: ꝛ dominus prime duodenarie est dominus illius signi. Dominus

secunde duodenarie est planeta succedens descendendo τ sic secundum ordinem. Uerbi gratia: dominus prime duodenarie arietis est mars. secunde sol. tertie venus. quarte mercurius. quinte luna. sexte saturnus. septime Jupiter. octaue iterum mars: τ sic secundum ordinem. Sententia auctoris est talis. Cum volueris scire duodenarias planetarum vel domorum vide quantum transiuit planeta de signo in quo est aut de domo in qua est τ numerum illorum. graduum multiplica per duodecim: τ super numerum productum adde numerum graduum quos multiplicasti. τ quod collectum fuerit proijce ab initio signi in quo est planeta dando vnicuiqz signo. 30. τ vbi finitus fuerit numerus ibi erit duodenaria.

Et ex hoc anaubarach. Hic docet inuenire dominū nouenarie. Sententia enim est talis. Cum volueris scire nouenariam siue dominum nouenarie alicuius planete: vide quod gradus pertransiuit planeta de signo in quo est vel de domino in qua est. τ diuide totum illud signum in. 9. diuisiones. τ erit quilibet diuisio ex tribus gradibus. 20. minutis. Deinde vide in qua parte illius diuisionis sit planeta τ dabis primam diuisionem domino signi mobilis eiusdem triplicitatis. τ secundam diuisionem dominio signi sequentis: τ sic eundo secundum ordinem signorum quousqz venias ad illam nouenariā in qua est planeta cuius queris dominum nouenarie. Uerbi gratia: pono quod sol in. 24. gradu aquarij. ad sciendum dominum nouenarie gradus solis dedi primo tres gradus aquarij τ. 20. minuta domino signi mobilis eiusdem triplicitatis est autem aquarius de triplicitate aerea. Signum mobile illius triplicitatis est libra: dominus eius est venus. est ergo venus domina prime nouenarie aquarij. scilicet primorum trium graduum. τ 20. minutorum. Deinde dedi secundam nouenariam marti domino signi sequentis. scilicet scorpionis τ completi: tunc fuerunt a principio aquarii. sex gradus. 40 minuta. Deinde tertiam nouenariam dedi Joui. scilicet domino sagittarij qui succedit scorpioni τ cōpleti fuerunt: tunc a principio aquarij. 10. gradus. Dedi quartam nouenariam saturno domino capricorni qui succedit sagittario: τ completi fuerunt a principio signi. 13. gra. τ. 20. minuta. Dedi quintam nouenariam saturno domino aquarij: τ completi fuerunt. 16. gradus τ. 40. minuta. Dedi sextam nouenariam Joui domino piscium τ cōpleti fuerūt a principio signi aquarij. 20. gradus. Dedi septimam nouenariam marti domino arietis: τ completi fuerunt a principio signi. 23. gradus: τ. 20. minuta. Dedi octauam nouenariam veneri domino thauri. illa ergo est diuisio nouenarie solis in casu proposito: τ completi fuerunt: tunc gradus. 26. τ minuta. 40. aquarij. Quando ergo inuenies in libris iudiciorum de domino anaubarach luminarium si fuerit in die intelligitur de domino nouenarie solis. si in nocte de domino nouenarie gradus lune. Alia que auctor dicit patet legendo litteram.

Et ex hoc adoringen. Hic docet inuenire decanum. Sententia eius est talis. Diuide signum ascēdens in tres partes: τ quelibet diuisio erit ex decem gradibus. dabisqz primam diuisionem domino ascendentis. secundam domino secundi signi: τ tertiam domino tertij signi. Uult dicere ꝙ prima diuisio est domini eiusdem signi quod ascendit. Et secunda diuisio est domini signi sequentis eiusdem triplicitatis.

tertia diuisio est domini tertij signi illius triplicitatis. ita q tres decani sunt domini trium signorum vnius triplicitatis. Auctor ponit exemplum tale in littera. Posito q prima facies arietis sit ascendens eius decanus est mars. Si secunda facies est ascendens eius decanus est sol dominus leonis secundi signi eiusdem triplicitatis: et si tertia facies sit ascendens eius decanus est iupiter dominus sagittarij quod est tertium signum illius triplicitatis. Et si prima facies leonis sit ascendens eius decanus est sol dominus eiusdem signi. Secunda facies sit ascendens eius decanus est iupiter dominus signi quod succedit leoni in eadem triplicitate. Si tertia facies sit ascendens eius decanus est mars dominus tertij signi a leone in eadem triplicitate: scilicet arietis. et secundum hunc modum intellige de alijs triplicitatibus.

Et ex hoc dominus orbis. In hoc capitulo ponit ordinem in domino horarum in natiuitatibus. Sententia littere est talis. Aspice in qua hora natus egreditur vterum et dominum illius hore: da primo anno natiuitatis et per illum significatur esse nati in eodem anno quantum ad sanitates vel infirmitates corporis nati sicut per dominum ascendentis. Et dabis dominum hore sequentis secundo anno. et per eum significatur esse substantie in eodem anno sicut per dominum domus substantie. Dabis dominum tertie hore tertio anno ab hora natiuitatis. et per eum significatur esse fratrum in illo anno sicut per dominum tertie domus. et isto modo facies de alijs dominis horarum eundo secundum ordinem horarum et domorum vsq ad finem vite. et planum est in littera quod dicit. Exemplum in hoc ponatur q quidam natus fuit in die solis hora quarta: que hora quarta est hora lune. erit luna domina primi anni. et ab ea accipitur esse corporis. Hora sequens est saturni. erit ergo saturnus dominus secundi anni. et ab eo accipitur esse substantie in illo anno. et sic per ordinem.

Et ex hoc dispositio darie. In hoc capitulo auctor docet ordinare annos fridarie et gubernationis planetarum in natiuitatibus. Sententia littere talis est si natiuitatis fuerit in die incipit fridarie a sole et gubernat ipsum natum sol secundum quantitatem annorum sue fridare qui sunt decem. Post solem gubernat ipsum venus secundum quantitatem annorum fridarie eius qui sunt octo. Post venerem gubernat mercurius p. 13. annos. deinde luna p nouem annos. deinde saturnus per. 11. deinde iupiter p. 12. annos. deinde mars per. 7. annos. deinde caput draconis per tres annos. deinde cauda draconis per duos annos. deinde reuertitur dispositio ad solem et vadit per ordinem planetarum sicut prius: numerus autem omnium annorum est. 75. et qui transit hunc numerorum annorum reuertitur ad dispositionem primam secundum q possibile est. si autem natiuitas est in nocte incipit fridaria a luna et disponit luna annos suos. deinde saturnus deinde iupiter. deinde mars. deinde sol. deinde venus: postea mercurius. deinde reuertitur ad lunam et vadit secundum ordinem planetarum sicut prius. Et quando aliquis planeta disponit annos sue fridarie disponit ipse septimam partem illorum annorum solus. In secunda autem septima participat ei planeta frequens qui ei succedit. In tertia autem participat ei planeta tertius. In quarta quartus. Et in quinta quintus et sic vsque ad septem septimas et septem planetas. Verbi gratia: pono q natus fuit quis in die: incipit ergo fridaria a sole et gubernat ipsum sol secundum

quantitatem annorum fridarie sue: qui sunt decem anni. et gubernauit ipse sol solus septimam partem istorum decem annorum. scilicet per vnum annum solarem. et .156. dies. et 12. horas. Hec est enim septima pars decem annorum. In secunda septima parte horum decem annorum habuit venus participationem cum sole in fridarie dispositiōe per vnum annum et .156. dies. et .12. horas. et transierūt tunc nato duo anni .313. dies completi. deinde habuit participationem cum sole in dispositione fridarie mercurius per vnum annum. et .156. dies. et .12. horas. et in fine huius diuisionis transierunt nato quattuor anni solares .104. dies .6. hore: deinde habuit participationem cum sole luna per eādem septimam .10. annorum. et in fine huius diuisionis transierunt nato qnq3 anni .260. dies .18. hore. deinde habuit participationem cum sole saturnus per septimam partem .10. annorum et in fine huius diuisionis transierunt nato septem anni .52. dies completi. deinde habuit participationem cum sole iupiter in dispositione fridarie per eandem septimam. et in fine huius diuisionis transierunt nato .8. anni solares .208. dies .17. hore: deinde habuit participationem cum sole in dispositiōe fridarie mars in vltima septima parte decem annorum. et in fine huius diuisionis transierunt nato 10. anni completi. secundum hunc modum est faciendum in fridarijs omnium planetarum. Caput autem draconis et caudam quilibet eorum disponit per se annos fridarie sue siue participationem planetarum. Narrare autem euentus contingentes nato in qualibet harum diuisionum esset nimis longum. Haly autē abenragel in suo libro magno complete posuit omnes diuisiones et iudicia cuiuslibet diuisionis. ideo qui volunt hec iudicia legant librum illum.

ET ex hoc almanar. In hoc capitulo docet quis planetarum sit eleuatus super alterum. Intentio sua est q planeta qui fuit altior in circulo suo breui. scilicet in epicyclo dicitur eleuatus super alterum eleuatione de qua hic loquitur. et hoc est quod dicit ptolomeus in .63. propositione centiloquij. Dicit enim oportet aspicere in coniunctione. Saturni et iouis in eodem minuto ad eleuationem vnius super alterum: et iudicia cum fortitudine nature eius in hoc mundo. Et similiter fac in .21. coniunctionibus residuis. haly ibidem dicit in commento eleuatio planete super planetam est vt sit remotio eius ab auge sui circuli breuis. et ille dicitur eleuatus super alterum. Auctor autem in littera iubet aspicere medium locum planete et verum locum planete. et si verus locus planete fuerit minor medio motu planeta est descendens a superiori parte epicycli versus inferiorem partem. Si vero verus locus planete maior medio motu fuerit planeta est ascendens ab inferiori parte epicycli versus superiorem partem: et vt breuiter dicatur: si argumētum equatum planete fuerit minus ex signis communibus est descēdens. et si plus est ascēdens: deinde iubet auctor subtrahere medium motum planete de vero motu eiusdem si medius motus fuerit minor vero: vel econtra: si fuerit maior: ita videlicet q minor subtrahatur a maiori: et residuum iubet multiplicare per septem: et numerum prouenientem iubet diuidere per .22. et numerum quotientem iubet tenere pro eleuatione quando ascendit vel pro depressione quando descendit. De venere et mercurio iubet aspicere differentiam inter locum cuiuslibet eorum et locum solis: et iubet facere sicut in alijs. Modus prius dictus secundum sententiam Ptolomei videtur mihi melior et certior: dein

de dicit auctor q fortior significatio planetarum est cum vnus eorum fuerit eleuatus super alterum in coniunctione. In oppositione autem z in quarto aspectu erit significatio minus apparens. z si vnus planeta fuerit ascendens z alter descendens. ille qui fuerit ascendens vadit supra descendentē. z si vterqz fuerit ascendens ille vadit super alium: qui fuerit maioris ascensionis. z si vterqz fuerit descendens: ille vadit super alium: qui fuerit minoris descensionis. Dicitur etiam alio modo planeta eleuari super planetam quantum ad altitudinem: quia septentrionalis vadit super meridianum. Et si fuerit ambo septētrionales ille qui fuerit plus septentrionalis vadit super illum qui fuerit minus septentrionalis. Si vero fuerit ambo meridionales ille qui fuerit minoris latitudinis vadit super illum qui fuerit maioris latitudinis Si fuerit planetarum in eclyptica carens latitudine: tunc planeta septentrionalis vadit super eum z ipse carens latitudine vadit super meridianum.

Et ex hoc apertio portarum. Dicit q aptio portarū dicitur quando inferior iungitur superiori: z cum hoc fuerit eorum domus opposite. Verbi gratia: quando luna coniungitur cum saturno vel eū aspicit: tunc est apertio portarum. Similiter quando sol coniūgitur saturno: domus enim solis z lune sunt opposite domibus saturni. Similiter fit apertio portarum quando mercurius coniungitur Ioui: quia ambe domus vtriusqz sunt opposite. Similiter quādo iūgitur venus marti fit apertio portarum: quia eorum domus sunt opposite. Dicit hyspalensis q venus significat humiditatem. Mercurius significat ventos. saturnus nebulas z frigus. mars vētos a dextro. i. a meridie z calorem iupiter temperiem z ventos a sinistro. i. a septētrione. Dicit idem hyspalēsis quādo luna separatur a coniūctione alicuius planete vel ab eius aspectu z cōiungitur alteri planete z sint illorum planetarum domus opposite. hoc est aptio magnarum valuarum: in qua necesse est venire ventos vel pluuias: vt est ex natura illorum planetarum. verbi gratia: luna quādo separādo a venere cōiungitur marti: aut separādo a mercurio cōiungitur Ioui: aut separādo a sole cōiungitur saturno. hoc est apertio magnarum valuarum.

Et ex hoc albutem. Hic loquitur de horis fortunatis z infortunatis: dicit q indi inuenerāt. 12. horas post cōiunctionem solis z lune z dant eas soli: z diuidūnt eas in tres partes: z iudicāt super primas qtuor horas bz iudiciū primi dñi triplicitatis loci solis. z iudicāt super quattuor secūdas bm iudicium scdi dñi triplicitatis loci solis. z sup quattuor vltimas bm iudicium tertij dñi triplicitatis loci solis hora piūctionis. Postea dāt veneri. 12. horas seqūetes z diuidūt eas similr in tres partes: z iudicāt super quaslibet quattuor bm iudiciū dñoz triplicitatis loci veneris hora piūctiōis. Postea faciūt similr cū mercurio z luna z cū ceteris planetis bm ordinez planetaz: donec reuertatur orbis ad solem post. 84. horas. z tūc recipiūt a sole bm eundem ordinē. z hoc ptinuāt vsqz ad piūctionem scdam. Et quidam dicūt q post piūctionem sunt. 12 hore que vocant cōbuste in quibus nō est bonuz incipere aliquod opus. z post has. 12 combustas sunt. 72. hore icombuste in qbus vtilis est inceptio operum: z post has. 72. incombustas iterum sunt duodecim combuste. z iterum post illas. 72. incombuste. z post eas. 12. combuste. z sic vsqz

ad coniunctionem sequentem. Et vt breuiter dicatur omnes. 12. hore que dantur soli secundum ordinem planetarum sunt combuste. z. 72. que sunt aliorum planetarum sunt incombuste. Deinde dicit auctor z diuidunt has. 12. horas combustas in tres diuisiones z quelibet diuisio erit ex quattuor horis. Et dicunt quidam ꝙ qui inceperit bellum in quattuor primis horis combustis timenda est perditio anime sue. Auctor non intelligit perditionem anime post vitam istam: ita ꝙ post separationem anime a corpore rapiant eam a diaboli z deducāt ad inferos. Sed intelligit anime perditionem idest amissionem vite presentis z hoc modo intelligitur in omnibus locis iudiciorum astronomie. De ista enim perditione pertinet ad eos loqui. De prima autem perditione pertinet theologis. Et qui inceperit bellum in secundis quattuor horis timendum est detrimentum sui corporis. scilicet absqꝫ perditione vite: z qui inceperit bellum in vltimis quattuor timenda est perditio omnium que possidet z timetur perditio illorum que pertinent ad ipsum: z sic completa expositio quarte differentie alchabicij introductorij ad magisterium iudiciorum astrorum.

Differentia quinta in commemoratiōe vniuersarū ptiū.

Ista est qnta dr̄ia istius libri in qua auctor docet pieccionē ptiū z pōt diuidi in duas ptes: quoniaꝫ in prima pte ponit partes que cadunt in natiuitatibus. Et in secunda parte ponit partes que cadunt in reuolutionibus annorum mundi. Secunda pars incipit ibi: z quia auxiliante deo. Prima pars diuiditur in duas partes: quoniam in prima parte dat modum proiectiōis partium in generali z exemplificat de parte fortune. In secūda parte ponit in speciali partes. 12. domorum. Secunda pars incipit ibi. incipiamus. itaqꝫ post partem fortune. Sententia prime partis est talis. Modus in proiectionibus partiuꝫ est ꝙ accipiuntur gradus equales qui sunt inter vnum locum z aliuꝫ: z numerus ille proijcitur ab ascendente vel alio loco. vel adduntur super gradus equales qui fuerunt inter ambo loca gradus qui sunt ab initio signi ascendentis z productuꝫ computatur ab initio signi ascendentis dando cuilibet signo. 30. gradus. z vbi finitus fuerit numerus ibi est pars fortutne. Verbi gratia: pono ꝙ sit sol in fine sexti gradus piscium z luna sit in fine. 14. gradus geminorum z gradus ascendentis sit. 10. gradus arietis. subtraham verum locum solus a vero loco lune z remanent. 98. gradus super quos addam. 10 gradus qui sunt a principio arietis vsqꝫ ad gradum ascendentem z proueniunt. 108. gradus incipiam proijcere ab initio arietis dando cuilibet signo. 30. gradus: z terminatur numerus iste in. 28. gradu cancri. ibi ergo est pars fortune in exemplo preposito.

Incipiamus itaque. In hac parte ponit proiectionis partium secundum ordinem. 12. domorum ponendo in qualibet domo partes ad illam pertinentes. Et potest vidi in tot partes quot sunt domus vbi partes incipiunt patet in littera. Primo ponit partes prime domus z sunt sex. Prima est pars vite. Secūda est pars hylech. Tertia est pars futurorum siue pars diuinationis. Quarta est pars dilectionis z concordie. Quinta est pars stabilitatis z durationis. Sexta est pars animositatis z audacie. Dicit in littera cuꝫ volueris scire partem vite accipe gradus qui sunt a Ioue vsqꝫ ad saturnū in die z in nocte gradus qui sunt a saturno vsqꝫ

ad Jouem z proijce ab ascendente. Albumazar dicit in suo introductorio magno φ hec pars significat vitam naturalez z esse corporis ac victus q̃ si fuerit boni esse significat prolixitatem vite z sanitatem corpori z gaudiũ anime. Si fuerit impedita significat paucitatem vite z multitudinem infirmitatum animiqz merorem ac tristitiam. Deinde dicit auctor pars hylech accipitur a gradu coniunctionis que precessit natiuitatem: si natiuitas fuerit coniunctionalis. vel a gradu preuentionis. idest oppositionis: si natiuitas fuerit preuentionalis vsqz ad gradum lune z proijcit ab ascendente natiuitatis: vbi finitus fuerit numerus ibi est pars hylech. Albumazar dicit φ hec pars dirigitur quemadmoduz dirigitur hylech per gradus. z ducitur eius profectio per signa quemadmodum fit de hylech. cũqz peruenerit eius directio vel profectio ad malos significat impidimentuz z periculum. Et erant multi sapientum astrologorum cum inuenirent hominem pacientem pericula maxima in quibusdam temporibus. z non inuenirent in eodez tempore suum hylech peruenisse ad loca malorum. nec inuenirent idem impedimento patentem significationem in reuolutione eiusdem anni nesciebant causam, huius rei. Et ideo latebat eos hoc: quia non dirigebant hanc partem z si direxissent eam inuenissent hoc malum accidere in eodem tempore quo peruenisset hec pars ad loca quedam significantia impsum periculum. ¶Pars futurorum accipitur in die a luna vsqz ad solem: z in nocte econtra: z proijcitur ab ascendente z proprietates istius partis ẽm Albumazar est significare animam z corpus z esse eorum. z significat fidem z prophetiam z regionem z dei cultum z secreta z cogitationes atqz intentiones z res ocultas z celatas: z omne quod absens est ex rebus per hunc modum applicabis iudicia in alijs z a quoloco in quem accipiatur quelibet z a quo loco proijciatur patet in littera.

SEcunda domus. Hic ponit partes secunde domus z sunt tres. Prima est pars substãtie. Secunda est pars paupertatis z paruitatis ingenij. Tertia est pars beatitudinis triumphi z victorie. Albumazar dicit φ pars substantie significat profectum z victum ac cibum quibus substentãtur corpora que si fuerit in bono loco significat bonum esse in substantia cibo z victu. Et si fuerit impedita significat malum esse in his que diximus. Ceteras autem species fortune apparentes ex substantia scilicet que thesaurizatur z seruatur ac acquiritur significant ceteri significatores substantie z pars fortune.

TErtia domus. Hic ponit partes tertie domus z sunt due. Prima est pars fratrum. Secũda est pars beniuolentie fratrum. Dicit Albumazar quod pars fratrum z dominus eius. idest dominus signi in quo ceciderit significant esse fratrum z concordiam eorum atqz dilectionem peregrinationemqz eorum z absentiam. Post hec aspice si hec pars z dominus eius ceciderint in signis multorum filiorum multiplicabuntur fratres z si ceciderunt in signis paucorum filiorum erunt pauci. Et si volueris scire numerum eorum accipe numerum signorum que fuerunt inter partem z dominum domus in qua ceciderit aut quot fuerint inter ipsum dominum z partem z pone vnicuiqz signo vnum. Et si fuerit inter eos signum cõe duplica numerum eiusdem signi. Et si fuerit inter ipsam partem z dominuz domus in qua ceciderit aliquis planeta accipere ei etiam vnum. Albumazar etiam

po nit partem vnam in hac domo que vocatur pars mortis fratrum: et dicit quod accipitur in die a sole in gradum medii celi et in nocte econtra. et augentur de super gradus ascendentis et proiicitur ab ascendente. et quotienscunque peruenerit hec pars secundum directionem ad significatores fratrum et sororum dando vnicuique gradui vnum annum aut per profectionem dando cuilibet signo annum eueniet fratribus et sororibus aliquid horribile. aut aliquis eorum morietur.

Quarta domus. Hic ponit partes quarte domus et sunt sex. Prima est pars patrum. Secunda est pars mortis patris. Tertia est pars annorum. Quarta est pars hereditatum et possessionum. Quinta est pars nobilitatis nati vtrum sit filius illius cui imponitur vel non. Sexta est pars finis rerum. Albumazar dicit quod pars patris significat esse patris et eius nobilitatis atque generis. et si hec pars fuerit boni esse pater erit nobilis. Et si dominus domus huius partis fuerit boni esse pater erit fortunatus. Si vero fuerit mali esset erit laboriosus. A secunda parte huius domus que est pars mortis patris accipitur causa mortis: et quotienscunque profectio anni peruenerit ad hanc partem vel ad dominum eius significat periculum patri. et similiter cum peruenerit aliquis eorum ad significatores patris.

Quinta domus. Hic ponit partes quinte domus et sunt septem. Prima est pars filiorum. Secunda est pars temporis in quo debent haberi filii. Tertia est pars propter quam scitur masculinitas vel femininitas. Quarta est pars per quam scitur de nato de quo fit interrogatio vtrum sit masculus vel femina. Quinta est pars ad quam cum peruenerit iupiter est significatio filii. Sexta est pars dilectionis filiorum. Septima est pars scientie filiorum. Dicit Albumazar si pars filiorum ceciderit in signo multorum filiorum habebit multos filios. Si vero ceciderit in signo sterili non habebit aliquem filium. Si vero ceciderit in signo paucorum filiorum habebit paucos filios. Et si hec pars significauerit filios et fuerit fortunata filii viuent: et si infortunata morientur.

Sexta domus. Hic ponit partes sexte domus et sunt due. Prima est pars azemena idest debilitatis inseparabilis alicuius membri. Secunda est pars seruorum. Si pars azemena fuerit coniuncta cum fortunis erit natus sanus in membris suis. Si vero fuerit coniuncta infortunis habebit morbos inseparabiles in membris. et loca in quibus erunt he egritudines sciuntur a locis infortunarum significantium eas.

Septima domus. Hic ponit partes septime domus et sunt quattuor. Prima est pars desponsationis virorum. Secunda est pars desponsationis mulierum. et hec accipitur duobus modis. Tertia est delectationis et voluptatis. Quarta est pars nuptiarum. Quando pars desponsationis peruenerit per directionem ad Iouem vel venerem est significatio desponsationis. Et ego inueni in vna natiuitate tempus desponsationis quando dominus partis desponsationis peruenit ad ipsam partem per directionem dando cuilibet gradui annum vnum.

Octaua domus. Hic ponit partes octaue domus et sunt quattuor. Prima est pars mortis. Secunda

est pars planete qui interficit. Tertia est pars anni in quo veniet nato mors aut paupertas ₇c. Quarta est pars cõtentionis ₇ litigationis. Dicit Albumazar si pars mortis fuerit impedita ₇ dominus eius ₇ non aspexerint eos fortune interficietur natus morte turpissima. Si vero aspexerint fortune erit econtrario. Si luna sol aspexerit partem planete interficiens ₇ ipsa luna fuerit in signo membrorum absciſſorum natus interficietur patiendo. Et si luna fuerit impedita absciđetur ei aliquid de membris. Quando pars anni in quo timetur nato mors dominus eius cum domino ascendentis fuerint impediti erit natus multarum infirmitatum ₇ afflictionis in corpore atq; substantia: ₇ multotiens appropinquabit perditioni corporis ₇ amissione substantie. ₇ quotienscunq; profectio anni peruenerit ad hãc partem: aut peruenerit hec pars per profectionem: aut directionem ad ascendens aut ad dominum eius inueniet natus pericula in corpore ₇ in firmitatibus ₇ inueniet angustiam ₇ horribile in substantia. timebit quoq; mortem ex diuersis partibus.

Nona domus. Hic ponit partes none domus ₇ sunt due. Prima est pars peregrinatiõis. Secũda est pars itineris in aqua. Ab istis accipiuntur peregrinationes nati ₇ itinera per aquas. Albumazar dicit. ¶ Si pars itineris in aqua ceciderit in signo aquatico faciet natus multa itinera per aquas: ₇ si ibi fuerit fortunata habebit in suis itineribus profectum ac lucrũ: ₇ si fuerit infortunata significat cõtrariũ.

Decima domus. Hic põit partes decime dom⁹ ₇ sunt. 5. Prima est pars regionis atq; regni. Scđa est pars regis atq; regni. Tertia est pars principatus operis regni. Quarta est pars significans vtrũ sit causa regni vel nõ. Quinta est pars matrũ.

Undecima domus. Hic ponit partes vndecime domus ₇ sũt due. Prima est pars amicorum secunda est pars significans profectum ₇ effectum ₇ amiciciam amicorum.

Duodecima domus. Hic ponit vnam solam partẽ in hac domo que est pars inimicorum. Et hec sunt partes alie quibus vtuntur magistri iudiciorum. Hic ponit quasdam alias pates que non sunt in aliqua domorum ₇ sunt sex. Prima est pars mendacij rumorum: secunda est pars rationis ₇ profundationis sensus. Tertia est pars sapientie ₇ discipline: Quarta est pars guerre ₇ preliorum. Quinta est pars pacis. Sexta est pars aspiciendi in reuolutionis annorum: ₇ omnes iste proijciuntur ab ascendente.

Et quia auxiliante deo. Pri⁹ auctor posuit partes que cadũt i natiuitatibus. Hic ponunt partes que cadũt in reuolutionibus annorum mũdi. Et potest diuidi in duas partes. qm̃ primo ponit partes quib⁹ vtunt magistri iudiciorum in reuolutionibus in causis regnorum. Scđo ponit partes quib⁹ vtuntur magistri iudiciorum in pſciendo forũ rerũ scđa est ibi. Item sunt hic alie partes. Dicit q ex partibus que exercent in reuolutionib⁹ annorum mũdi ad sciendũ causas regni atq; iperij: ₇ ista accipitur a marte in lunã: ₇ pijcitur ab ascẽdẽte cõiunctionis que significat mutationẽ regni; ₇ accipit alio mõ a gradu ascendentis

coniunctionis in gradum coniunctionis. intelligendo a gradu ascendentis reuo-
lutionis anni in quo est coniunctio vsq; ad locum in quo planete coniunguntur.
⁊ nisi hoc modo intelligatur impossibile est. Supponitur enim quod homo sciat
gradum ascendentis in hora coniunctionis planetarum superiorum. Hoc autem
est impossibile secundum ꝙ dicit Abraham Auenezre: dicit enim si possemus scire
diem in qua coniungi debeant: esset hec res magna. Fit etiam pars alio modo vi
delicet accipitur a gradu medij celi reuolutionis illius anni in quo fuit coniun-
ctio vsq; in solem ⁊ proijcitur a gradu iouis. Secunda pars per quam scitur quā
tum debeat durare rex regno. Hic accipitur hora electionis regis a sole in. 15. gra
dum signi leonis. Et proijcitur a luna. accipitur etiam a luna in. 15. gradum can-
cri ⁊ proijcitur a sole. tertia pars est de tempore electionis regis. hic accipitur ho-
ra electionis regis in die a ioue in saturnum ⁊ in nocte ecōtra: ⁊ proijcitur ab ascē
dente reuolutionis anni in quo surrexit rex. Et si iupiter fuerit in signo cōmuni ⁊
reuolutio fuerit diurna: ⁊ cum hoc fuerit iupiter cadens ab angulo: tunc accipitur
a saturno in iouem ⁊ adduntur de super. 30. gradus: ⁊ proijcitur ab ascēdente. Si
vero iupiter ⁊ saturnns fuerint sibi oppositi ⁊ ambo fuerint cadentes ab ascendē
te accipitur medietas graduum qui sunt inter eos ⁊ proijcitur ab ascendente. Et
si fuerit iupiter in exaltatione sua ⁊ fuerit reuolutio in nocte numeratur ab eo in
saturnum ⁊ proijcitur ab ascendente. Deinde dicit auctor ꝙ due sunt partes ma
xime ex quibus extrahitur tempus electionis regis ⁊ eius durationis. Prima
earum est vt aspicias horam electionis regis ⁊ aspicias vbi prouenit profectio an
ni a coniunctione triplicitatis que significauit illam sectam in qua est illud regnū
secundum ꝙ datur omnibus. 30. gradibus annus ⁊ omnibus duobus gradi-
bus cum dimidio mensis. ⁊ sic secundum istam proportionem vsq; ad horam ele
ctionis. ⁊ cum sciueris in quo gradu signi sit serua illum gradū: quia ab eo equa
bis primam partem. Et cum volueris equare eam aptabis ascendens reuolutio
nis anni in quo surrexit ipse electus Postea respice saturnum ⁊ iouem ⁊ quis eo
rum fuerit orientalis a sole accipe ab illo vsq; in gradum equationis partis pri-
me quam seruasti: ⁊ proijcie ab ascendente reuolutionis ⁊ quo peruenerit nume-
rus ipse est locus prime partis. ¶ Nota ꝙ auctor dicit accipe a planeta orientali
a sole ⁊ saturno vel ioue: ⁊ non dicit quid sit faciendum quando ambo sunt oriē-
tales. ego credo ꝙ tunc debet accipi ab eo q soli fuerit propinquior. Item non di
cit quid debeat fieri quando nullus eorum est orientalis vt breuiter dicam nescio
quid fieri debeat. quia non vidi istas duas partes per hunc modum positas in
aliquo alio libro. Secunda pars scitur hoc modo. Aspice coniunctione iouis ⁊ sa
turni in qua surrexerit rex vel cepit regnum ad quod signum ⁊ gradum perue-
nit profectio anni dando cuilibet anno. 30. gra. ⁊ cuilibet mensi. 2. gra. cum dimi
dio vsq; ad diem in qua surrexerit rex ⁊ ipse est locus equationis partis secunde
serua eum. Post hoc accipe a saturno vel ioue quis eorum orientalis fuerit vsq;
ad locum partis secunde: ⁊ proijcie ab ascendente reuolutionis anni ⁊ quo per-
uenerit numerus ipse est locus partis secunde. He sunt partes que significant for
titudinem regis ⁊ eius durationem. Dicit haly abenragel aspicies in reuolutio-
nem annorum mundi pro intronizatione intronizati. Primo a saturno que est
prima pars. ⁊ a ioue que est secunda. ⁊ quot gradu. ⁊ quot minuta fuerint inter
eos ⁊ nota hoc. Postmodū ꝯsidera i quo signo ē dñs medij celi ⁊ reducas illos

gra. ad ascensiones illius signi in quo fuerit ⁊ ꝙ inde exiuerit erit id qđ durāt anni vel menses aut dies. Et si fuerit in domibus vel in exaltatiōibus suis erūt anni ⁊ si fuerint peregrini in succedentibus erunt menses: alioquin erūt dies. Simil’r qñ sol applicuerit marti et mars fuerit cursu vacuus nō applicās saturno significat ꝙ milites mouebunt ꝯtra ipsum intronizatū et venient sup ipsum erecti. ⁊ ꝓp hoc accident ei tristicie ⁊ anxietates ⁊ forte capiēt eū. Tñ si mars cū hoc applicuerit saturno ipsoꝝ nature ꝯiunguntur ⁊ nullus mouebit cōtra eū.


Item sunt alie partes. Hic auctor ponit ꝑtes q̄ exercent in reuolutionibus annoꝝ mundi ꝑ quas scit’ que res erunt chare ⁊ que viles. Sniā littere est talis. Cū volueris scire vtrū aliq̄ res erit chara vel vilis multū vel parū ꝯsidera ꝑtē illius rei ⁊ vide in cuius planete domo vel exaltatiōe vel termino siue triplicitate cadat ipsa pars ꝗ planeta si fuerit cōbustus vel retrogradus aut in aliquo loco maligno vilescit res illa ⁊ erit ꝑui ꝓcij. Si vero fuerit in loco fortitudinis aut in angulo ⁊ maxime ⁊ in medio celi grauabit’ res illa ⁊ erit maioris ꝓcij: ⁊ si ꝑuenerit dñs domus illi⁹ ad locū descensiōis sue vilescit res illa. Uult dicere si planeta hñs plures fortitudines in loco ꝑtis fuerit in aliqua dignitatū suarū ⁊ maxīe in sua exaltatiōe. aut fuerit in aliquo anguloꝝ ⁊ maxime in medio celi res illa erit chara. ⁊ ꝯ3 q̄ẑtitatē fortitudinis planete in suis dignitatibus aut in angulis vel succedētibus erit q̄ẑtitas charistie. Si vō planeta ipse fuerit in casu a domo vel exaltatiōe sua vel fuerit in domo cadēte ab angulo vilescet res illa ⁊ erit ꝑui ꝓcij. Aspice sil’r aspectū fortunarū ⁊ īfortunarū ad eā. s. ꝑtē ⁊ ad lunā ⁊ dñm eius qs sit ⁊ q̄l’r aspiciat illā ꝑtem. Si aūt fortuna ⁊ luna aspiciāt ipsam ꝑtē multiplicabit’ eadē res in ꝓcio. ⁊ si aspexerint eā in fortune detrimētū patiet’ res illa ⁊ erit vilis ⁊ ꝑui ꝓcij. Ego dico tibi ꝙ si planeta hñs plures fortitudines in loco ꝑtis in reuolutione anni retrogradus fuerit ⁊ cū hoc fuerit in aliqua dignitatū suarū vel in angulo significat ꝙ res illa erit chara: sed nō in principio anni q̄ẑdiu dñs ꝑtis est retrogradus. ⁊ qñ ille planeta īcipiet dirigi: tūc res illa incipiet esse chara. Eodē mō si planeta dñs ꝑtis fuerit in casu ⁊ fuerit directus sigt vtilitatē rei: ꝫ illa vtilitas erit maxima qñ planeta īcipiet esse retrogradus. Deinde ponit ꝓiectiōes ⁊ incipit a ꝑte tritici ⁊ dicit: ꝙ ꝑs tritici accipit’ a sole in martē ⁊ ꝓijcit’ ab ascēdēte: a qbus locis accipiant’ ⁊ a qbus locis ꝓijciant’ ꝫ in l’ra. Et vt melius pateat modus ponā exēplū de ꝑte tritici in figura ꝯiunctiōis ꝓcedētis introitū solis in arietē ⁊ ēt in figura reuolutionis anni istius. s. 1331. dico ꝙ parisius ₛm v̇itatē tabularū alfonsij in hora ꝯiūctiōis solis ⁊ lune ꝓcedētis itroitū solis in arietē erit ascēdens primus gra. cācri. locus solis illa hora erit. 5. signa alfonsi. 56. gra. 42. minuta. 36. scđa verus locus martis fuit vnū signū. 44. gra. 17. minuta. 28. scđa videbo q̄ẑtū est iter solē ⁊ martē subtrahēdo locū solis a loco martis ⁊ inuenio. i. signū. 47. gradu. 34. minuta. 52. scđa quē numerū ꝯputabo ab ascendente ⁊ terminat’ numerus in libra 18. gra. 10. minuta. 6. scđo. Deinde videbo qs est ibi fortior ⁊ inuenio saturnū in illo loco fortiorē: q2 est exaltatio sua noīe cuius h3 ibi q̄tuor fortitudines. ⁊ est triplicitas sua rōne cuius h3 tres fortitudines. est ēt facies sua rōne cuius h3 vnā fortitudinē: h3 ergo saturnus in loco ꝑtis tritici. 8. fortitudines. Post saturnū est venus q2 est domus sua ⁊ h3 ibi. 5. fortitudnies. ⁊ iupiter h3 ibi terminū. Aspiciā statū cuiuslibet istoꝝ in figura ⁊ ₛm statū eoꝝ videbo de sorte tritici. Aspiciā primo ad saturnum quē statū ipse h3 in figura: ⁊ inuēio ipsum in angulo terre nō distātē ab angulo ꝑ

4.gra. signt hoc q triticū dz esse charū: nō tñ multū: qr angulus non est fortis for tior eni angulorū quātū ad hoc est mediū celi: deinde ascēdens postea angulus terre z vltimo angulus occidētalis: tñ qr saturnus ē retrogradus z in loco suo pegrin⁹ nulla hñs in loco suo dignitatē signt q triticū in principio anni erit pui pcij. Et qñ saturnus icipiet dirigi ascendet pciū eius z erit magis charū. hec est significatio sa turni. Deinde aspiciā ad statū veneris z iuenio eā in domo. 11. sua ppria domo signt hoc silr q triticū erit aliquātulū charū. Prospiciā ēt eādē ptē in figura reuo lutionis anni eiusdē. Dico qd ascēdēs reuolutiōis sm tabulas pdictas erit. 4. gra. 15. minuta. 16. scda libre. Distātia iter solē z martē erit. 1. signū. 45. gra. 3. minuta. 59. scda. Cōputabo hūc numerū ab ascēdente: z terminat numerus in capricorno 19. gra. 19. minuta. 25. scdo mars hz in loco istius ptis exaltationē z triplicitatem hz ergo ibi septē fortitudines saturnus hz ibi domū z faciē: hz ergo ibi sex fortitu dines mars est fortior in loco z ipse in angulo medij celi signt hoc q triticū dz esse charū: sz qr mars ē in casu ab exaltatiōe sua nō erit charū dōec exiuerit casuz suū.

Laus deo.

Finitur scriptum super Alchabitium ordinatum per Joannem de saxonia in villa parisiensi. Anno. 1331. Correctum per artium z medicine doctorem magistrū Bartholomeū de altē z nusia. Impressuz Venetijs p Melchiorem Sessa. Anno incarnationis dñi 1512. Die. 21. Mensis Januarij.





Combustio vocatur quando planeta est in radiis solis ad 6 gradus ante vel retro solem in s[ignis]
esse sub radiis post sex gradus usque in quindecim ante vel post et post 6 gradus ...
combustione

Coniunctio est quando duo planete sunt in eodem gradu eiusdem signi. Aspectus qui fuerint retro fortiores sunt ...
quam fuerint ante in eodem ... et durant aspectus quamdiu radii. Orbis planeta usque in fine ...
sui luminis extendit radios suos unde orbis ☉ habet quindecim gradus ante et 15 gradus retro ☽
luna habet 12 gradus ante et 12 gradus retro. Orbis ♄ habet novem ante et tot retro. Orbis ...
9 ante et tot retro sicut ♄. Orbis ♂ 8 ante et totidem retro. Orbis ♀ 6 ante et ...
retro. ☿ ante orbis habet 5 ante et totidem retro et quando planeta radios alterius ingredi-
tur illi coniungi dicitur sive quando accidat

☽ infortunatur specialiter in capite sive dracone vel in cauda ante vel post infra 12 gradus ☉ infra ...
gradus ... capitis et caude draconis lune ✱ ♂ et ♀ infra tres gradus alterius planete in eodem

Planeta impeditus et infortunatur quando est tardus in suo cursu. Exemplum de luna: ☽ movetur in medio ...
in die naturali per 13 gradus et 10 minuta ... quando ... si tua non movetur nisi 13 gradus ...
vel 12 in die naturali tunc dicitur tarda in suo motu et debilitatur eius influentia ... dicitur ...
planetis secundum medium motum eorum in die naturali sit maior vero motu

Unusquisque planeta habet proprias infirmitates secundum proprias proprietates et influentias / que infirmitates secundum signa et gradus
lucidos et tenebrosos angulos succedentes vel cadentes augmentantur durant crescunt vel decrescunt ...
in egritudinibus ♄ habet ptisis catarrus febris ethica splenetica ydropsis ventris solutio et quartane morbi vel le[pra]
maior elephantia podagra cancer et fistula et que mox proveniunt ex frigiditate
♃ habet squinantia periplemonia pleuresis apoplexia spasmus cephalea litargia cardiaca et quartane omnes
infirmitates que proveniunt ex habundantia sanguinis vel corruptione eius ut sunt sinochus sinocha et fistula
♂ habet infirmitates calidas et siccas sicut tertiana continua epidimia inflammationes herisipila
☉ habet influxum supra fluxum reumatis descendentis ad oculos et super omnes ... et supra morbos siccos et
qui non proveniunt ab influentia martis
☿ habet motus perturbationis mania melancolia epilepsia palpitationis tussis et sputi habundantia
♀ habet influentiam super morbos frigidos et humidos ut sunt apostema fistule humiditatibus superfluitatis et maior
... et ... podagra
☽ habet paralisim vel illas obligationes membrorum commotionem et que ex opilatione ... proveniunt

Cum dominus ascendentis vel ☽ vel pars fortune fuerint in gradibus azemena vel tenebrosis vel putealibus sunt infir[mitates]
... radiatas in gradibus lucidis ... et puteus ... in hiis signis ... in hiis signis ♈ ♋ ♏ ♑ ♓ et ...
in quibus reperti fuerint dominus ascendentis ☽ et pars fortune ... secundum formas domorum et gradus

pars fortune 16 ♎
pars mortis 13 ♍
7
16
6
♂ 25 ♍
☉ 10 ♍
☿ 4 ♍ retro
♄ 7 ♎ dex
25
28
16 principium huius domus directas
pro inventione partium nota figuram circumscriptam
17
17
25
28
6
16
7
♃ 5 ♉
pars vite 9 ♉
☽ 9 ♊
♌
♋
♊
♈ ♉ ♊

[illegible] ... pars fortune que est precipua omnium astrologorum pro consideratione que est distantia inter solem et lunam de die [illegible] de nocte inchoando a luna si luna esset in ♋ vel in thauro vel in aliqua alia dignitate sua essentiali et esset fortis ut puta in angulo medii celi et sol non esset in loco convenienti sibi ut puta in signo ♒ vel libre et sic de aliis partibus ubi duo planete conveniunt ad unum effectum a fortiori [illegible] inchoandum est ut ☉ et ♄ ambo sunt significatores partium et utrumque istorum planetarum est dominus sed ☉ est fortior in [illegible] quam saturnus ideo accipe partem partium a sole in saturnum et sic de aliis significatoribus partium [illegible] ad figuram est dominandum ☉ fuit inventus in 10 gradu ♍ et ☽ in 9 gradu ♊ considerando distantiam que est inter ☉ et ☽ per numerum graduum et signorum et reperies 20 gradus ♍ post locum solis et reperies postea signa ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ ♈ et tauri et hoc secundum successionem signorum zodiaci et quia ☽ tunc erat in 9 gradu ♊ ideo sunt addendi in distantia ☉ et ☽ et ita habes 8 signa integra inventa inter ☉ et ☽ et 20 gradus ♍ completos et 9 puncta graduum de principio geminorum et isti distantie ad operandum melius et certius adde gradus signi ascendentis qui fuerunt 17 et sic habes 8 signa et 20 gradus ♍ et 9 ♊ usque ad ☽ et 17 ascendentis qui gradus coniuncti faciunt 48 gradus de quibus sumes 30 pro uno signo quem addes aliis signis et sic erunt 9 signa et remanent 16 gradus de [illegible] predictis 48 gradibus habes 9 que inter solem et ☽ appositis gradibus 17 signi ascendentis sunt 9 signa et 16 gradus que signa [illegible] incipiendo ab ascendente [illegible] signo dando unum cuilibet signorum et sic finiuntur undecim in ♍ et illi 16 [illegible] que supersunt erunt in libra et sic pars fortune est in 16 gradu ♎ Et nota quod si sol et ☽ fuerint in eodem [illegible] et hora coniunctionis tunc erit pars fortune in minuto ascendentis et in oppositione erit in minuto occidentis in principio [illegible] domus


[Pars] mortis accipitur a ☽ in gradum et minutum domus octave et addere [illegible] preambulamus [illegible] in signo in [quo] est et procedere ab initio signi saturni et si minuta habere non posses sufficit gradus [illegible] ut ait albumasar non [illegible] error in iudiciis in parte [illegible] ad unum gradum quia a fortiori non ad unum minutum


[Pars] vite accipitur in die a iove in saturnum et de nocte econtra et proicitur ab ascendente

[Pars] loci infirmitatis accipitur a gradu domini hore in gradum sol et proicitur ab initio signi arietis dando cuilibet [sig]no 30 gradus et ubi numerus finitur in illo membro est infirmitas dando caput arieti et sic de aliis

[P]ars planete interficientis accipitur in die a gradu ascendentis in gradum lune et in nocte econverso et proicitur [ab] ascendente

[P]ars infirmitatis secundum hermetem accipitur in die a saturno in martem et in nocte econverso et proicitur ab ascendente et [secun]dum quosdam antiquos accipitur in die ac nocte a mercurio in martem et proicitur ab ascendente Auctoritate [illegible] [ali]i accipiunt a gradu domini hore in gradum domini solis et proicitur ab initio signi arietis dando cuilibet signo [3]0 gradus




250



